Zeitschrift: Mitteilungen der Antiquarischen Gesellschaft in Zürich
Herausgeber: Antiquarische Gesellschaft in Zürich
Band: 2 (1844)

Artikel: Inscriptiones helvetiae
Autor: Orellio, Ioanne Gaspare
DOI: https://doi.org/10.5169/seals-378717

Nutzungsbedingungen
Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

Conditions d'utilisation
L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

Terms of use
The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

Download PDF: 13.03.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch

INSCRIPTIONES HELVETIAE

COLLECTAE ET EXPLICATAE

AB

IOANNE GASPARE ORELLIO.

TURICI

EX OFFICINA ZÜRCHERI & FURRERI.

M.DCCC.XLIV.

Inscriptiones in Helvetia repertas, quotquot mihi innotuerant, edidi in Inscriptionum Latinarum selectarum amplissima collectione. Turici. M.DCCC.XXVIII. Vol. I. pag. 101 — 134. Nunc addo eas, quae vel postea erutae vel, cum antea meam ad notitiam non pervenissent, ab amicis mecum communicatae sunt.

A. Lapides in Valle Poenina (Grut. 376, 6.) sive Valesia, quo vocabulo usus est Iosias Simlerus nostras, *(Valais, Wallis)* repertae. Eas, quas antea dedi, cum titulis ipsis denuo contulit novasque alias adiecit Boccard, Canonicus et Professor Agaunensis, V. C., cui summas gratias ago. Prioris meae editionis errores indicare nihil sane attinebat.

a) Agauni sive Tarnadae. *(St.-Maurice.)*

1.

IMP. CAESA.. [1]
DIVI. F. AVGVST
COS. XI. TRIBVN. POTEST [2]
PONTIFICI. MAXIMO
NANTVATES. PATRONO

E Guichenon *Histoire de Savoye* T. I. p. 45. Spon *Misc.* p. 192. Hagenbuchius *Mss.* „Inscriptiones antiquae in Helvetia exstantes cum farragine Observationum Vol. I. p. 115.“ Alium typum mutilum dat Haller *Helvetier unter den Römern* Vol. I. p. 53. — Contulit Boccard.

1) *CAESARI.* 2) Nihil deest; nam Augusti Consulatu XI. a. u. c. 731. Varr. incepit eiusdem Tribunicia Potestas. V. Baiteri Fastos ad h. a., et Eckhel *D. N.* VI. p. 91.

2.

Similis titulus Agauni a. 1816. est effossus, ut refertur in *Schweizerischer Geschichtsforscher* II. 1. p. 160:

IMP. AVG. IVLI [1]) F
TRIB. POT. PONTIF. M
NANT. PATRONO. DD [2])

Nihil tamen de hoc mihi scripsit Boccard.

1) Lege omnino *DIVI*. 2) *Decurionum Decreto* potius quam *Dedicaverunt*.

3.

L. CAESARI. AVGVSTI. F
DIVI. I [1]) NEPOTI. PRINCIPI
IVVENTVT. COS. DESIG [2])

Tschudi *Mss.* p. 415. Hagenbuch *Mss.* I. p. 107. Eadem corrupta et mutila apud Grut. 1022, 3. Non iam repperit Boccard.

1) *Iulii*. Fortasse in lapide ipso fuerunt litterae ligatae IVL. 2) «Augustus Lucium Caesarem, (Agrippae filium, ab ipso, eius avo, adoptatum,) ineunte a. u. c. 752. die virilis togae Principem Iuventutis declarandum curavit, consulem etiam eundem qua Caium lege designavit, ut post quinquennium ex eo die, quo in Forum ductus fuerat, magistratum iniret.» Norisius *Cenotaph. Pis.* p. 150. ed. Graevii. Consulatum autem ipsum nunquam iniit, quia Massiliae decessit iam a. u. c. 755.

4.

. . . RVSO [1]) CAESARI
AVGVSTI. [2]) F. DIVI. AVGVSTI
NEPOTI. DIVI. IVLII. PRONEP
AVGVRI. PONTIF. QVAESTORI [3])
. LAMINI. [4]) AVGVSTALI. COS. II [5])
TRIBVNICIA. POTESTATE. II
. . . . S. [6]) IIII. VALLIS. POENINAE

Haller I. p. 64. Contulit Boccard.

1) *DRVSO*. 2) Tiberii *AVGVSTI*. 3) Litterae OR per monogramma. 4) *FLAMINI*. 5) a. u. c. 774. post Chr. 21. 6) *Civitates* potius quam *gentes*. Fuerunt autem Seduni, Nantuates, Veragri, Viberi. Cfr. Plin. H. N. 3, 20. (24. *Harduin.*)

5.

Plantinus p. 326.: „Inscriptionem Tito Vespasiano positam se repperisse Agauni testatur Guillimannus L. 2. p. 157., sed quae praeter nomen et paucos characteres vix quidquam certi demonstraret.“ — Simlerus *Vales.* p. 31.: „Multae praeterea inscriptiones in templi pavimento, parietibus, et muro coemeterii visuntur, sed vetustate exesae et attritae sunt, ut vix paucissimae litterae agnosci queant.“ Nihil de his fragmentis ad me scripsit Boccard.

6.

D. M
I. TINCIO. VERECVNDO
OMNIBVS. HONORIBVS. FVNCTO
. . . MASSONIA. M. F
VIRO. OPTIMO . .
. . . . . .

Ex Guichenon *Histoire de Savoye* I. p. 43. Murat. 750, 2. Ex alio, sed in nonnullis corruptiore Scheuchzeri p. 491. typo Hagenbuch *Mss.* I. p. 118. ita restituere conatus est:

D. M.
L. TINCIO. VERE
CVNDO. OMNIBVS. HONORIBVS
FVNCTO
MASSONIA. M. F
VIRO. OPTIMO
POSVIT. MARITA

Ad me haec scripsit Boccard V. C.: *Cette inscription assez dégradée a été bien mal reproduite jusqu'ici, si l'on en juge par les lettres qui restent: il serait difficile de la rétablir exactement.*

La voici telle que j'ai pu la lire:

D. M
I. TINC. IVRE
CVNDI. OMN
IBVS. HONORIBVS
. VNCTO
XASSONIA M. F
I VRC ACO . . . C
VONI. IARIS

Le VIRO OPTIMO de l'imprimé ne se retrouve certainement pas dans cette inscription — Non liquet. Sane *XASSONIA* nihil est.

7.

D. PANSIO. M. FI
TENERO. AN. XXXVI
IVL. 1) DECVMINA MATR 2)
FIL. PIENTISSIMO

Grut. 447, 8. Correctius Hagenbuch *Mss.* I. p. 85. et 111.

1) *IVLIA* omnibus litteris Hottingerus *Method.* p 532. Sic *IVL.* mihi exhibuit Boccard; in *Συντάγματι* meo est IV. 2) Sic, teste Boccardo, quia ulterius spatium marmor non concedebat; apud me erat *MATER*.

8.

M. PANSIO. COR [1]
M. FILIO. SEVERO
II VIRO. [2] FLAMINI
IVLIA DECVMINA
MARITO

Grut. 325, 15. et 699, 15. Hagenbuch *Mss.* I. p. 111. Contulit Boccard.

1) *Cornelia* tribu. 2) *Duumviro* iuri dicundo.

9.

V. F [1]
IVLIA. DECVM. [2] FIL.
DECVMINA
FLAMINICA

Grut. 325, 15. Hagenbuch *Mss.* I. p. 89. Haller II. p. 535. Non iam repperit Boccard.

1) *Viva Fecit.* 2) *Decumi* vel *Decumii* potius quam *Decumini.* HAGENB.

10.

SEX . . . F L
SEVERI . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Tschudi *Mss.* p. 416. Hagenbuch *Mss.* I. p. 405. Non repperit Boccard.

11.

D. M
ANTONI. SEVERI
NARBONAE (*sic*). DEFVNCTI
QVI. VIXIT. ANNOS. XXV
MENSES. III. DIEBVS. XXIV. ANTONIVS
SEVERVS. PATER. INFELIX. CORPVS
DEPORTATVM. HIC. CONDIDIT

Haller II. p. 534. Non repperit Boccard.

12.

D. M
. . . . M . . . . SER . . . . G . .

. . . . M . . . . . .
. . . SE . . P . . . R . . . .
. . . . . AT . . . . . .

Tschudi *Mss.* p. 415. Hagenbuch *Mss.* I. p. 91. Non repperit Boccard.

13.

IVNI. MARINI
V. E. [1] EX DVCENA
RIO [2] HIC AB
HOSTIBVS PV [3]
. . . . . .

In ecclesia parochiali. Misit mihi Boccard.

1) *Viri Egregii.* 2) *Exducenario.* 3) *Pulsus* Boccard. Malim equidem *Pugna occisus* vel simile quid.

14.

. . . . VLLI. F
. . . ONTIF [1]
. . . ONO. [2] D. D. [3]

In theatri pariete. Misit Boccard.

1) *Pontifici.* 2) *Patrono.* 3) *Decurionum Decreto.* Litterae *DD* ligatae sunt.

15.

. . . . ONOR DD [1]
GENIO. STA
. . ONIS [2] VIRI
. S. [3] PROBVS
. ILES [4] LEG VII [5]
ALEXANDR . . . [6]
. . . RFIMIDN
. . . . . MD . O . . [7]

In theatri pariete. Habui a Levadio. Inscr. m. Lat. 5027. Misit etiam Boccard.

1) *In Honorem Domus Divinae.* 2) *Stationis.* 3) *VIRIVS;* nomen gentile haud infrequens. Vide Gruteri Indicem. 4) *Miles.* 5) *XXI.* Boccard. Sed vide Inscr. m. L. N. 2059. 6) *ALEXAMDRIANAE.* Non habet Boccard. 7) Sic Boccard. Levade: P. F. IMP. D. N. II. . . EXAND . O. . . . *(Alexandro Severo.)*

MASSONGER prope *St. Maurice.*

16.

SEX. VARENO
T. FIL. SERG [1]

PRISCO
VI VIRO. AN. LVII
VARENI. 2) FRATRI
OPTIMO

Grut. 481, 10. Cfr. Guichenon *Histoire de Savoye* I. p. 45., ex quo velut ineditum dat Murat. 753, 9. Hagenbuch *Mss.* I. p. 92. et IV. p. 1. Haller II. p. 538. Contulit Boccard.

1) *Sergia* tribu. 2) *VARENI* duo vel tres *FRATRI*. Hagenb.

b) **FULLY** prope *Martigny*.

17.

D. M.
QVARTILL
AE VALERIAE
SENTIVS SVC
CESSIANVS CONIVGI
INCOMPARABILI

Guichenon *Histoire de Savoye* I. p. 43., correctius apud Hagenbuch *Mss.* II. p. 55. Boccard conferre non potuit.

c) Lapides **OCTODURI** *(Martigny, Martinach)* eruti. Item **ALPES POENINAE**, tabulaeque votivae in earum vertice.

18.

. . . RI AVGVSTI F
. . . . I NEPOT
. . . . . IPI IVVENTVTI
. . . . . ICI. COS . DES

Tschudi *Mss.* p. 422., qui melius, quam a Paulo Gulielmo in Lipsii *Auctar.* p. 17. Grut. 235, 1. factum est, ita supplet:

C. CAESARI. AVGVSTI. F 1)
DIVI IVLI. NEPOTI
PRINCIPI. IVVENTVTIS
PONTIFICI. COS. DES. 2)

Cfr. Haller I. p. 55.

1) Ut L. Caesar (v. supra N. 2.), sic C. Caesar, Agrippae filius ab Augusto avo adoptatus, ac propterea Iulii Caesaris nepos. 2) C. Caesar consul designatus est a. u. c. 749. Varr., ante Chr. 5.; consulatum iniit a. u. c. 754. Christi 1. Cfr. Norisii *Cenotaph. Pis.* p. 102. ed. Graevii.

19.

V. M. OP. L . . . D. NN
IC. P. AV . . . . . MAXIMI . .
F. MAXIMI . . . T. CONST [1]
NOBILI. . C. C
F. CL. VAL [2]
M. I [3]

Haller I. p. 280., qui omnino consulendus est. Confer sequentem titulum.

1) *Gal. Val. MAXIMiano*, *Gal. Val. MAXIMIno* (Dazae) *et CONSTantino*. a. post Chr. 311. 2) *Forum CLaudii VALlensium*. 3) *Mil. Pass. I.*

20.

D. D. N. N
MAXIMI. ET. CONST.
NOBIL. C. C.
VOT V. MVLT. X.
F. CL. V
M. II. [1]

Haller I. p. 281.

1) *Dominis Nostris* Gal. Val. *MAXIMIano et CONSTantino NOBILissimis Caesaribus Votis* (sic est in nummis; cfr. Eckhel *D. N.* VIII. p. 36.) *quinquennalibus, MVLtis decennalibus Forum CLaudii Vallensium Mil. Pass. II.* Vota quinquennalia amborum horum Caesarum item congruunt in a. post Chr. 311., ut in praecedente lapide miliario.

21.

IMP. CAESARI. FL. VAL [1]
CONSTANTIO PIO
FEL. INVICTO. AVG
DIVI. CONSTANTIN. [2] PII. AVG
FILIO. FOR. CL. VAL. [3] BONO
REIPVBLICAE. NATO

Est typus Tschudianus *Mss.* p. 413. melior Gruteriano 284, 5. Pocock. p. 68, 4. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 69.

1) Sic etiam in nummis; in aliis vero *FL. IVL.*; deest *FL.* in Grutero. 2) *CONSTANTII* pessime Gruterus. Constantinus Magnus decessit a. post Chr. 337. post quem *Divus* ex gentilium more appellabatur. 3) *FORtissimo*, *CLarissimo*, *VALentissimo* Scaliger et Hagenbuch. Tituli alibi haud obvii; recte vero Maffeius *Mus. Veron.* 420, 1. *FORum CLaudii VALlensium* explicavit.

ST.-PIERRE MONT-JOU:

22.

IMP. CAESARI. CONSTANTINO [1]
P. F. [2] INVICTO AVG. DIVI CONSTANTINI
AVG. FILIO. BONO. REIPVBLICE. [3] NATO
F. C. VAL. XXIIII. [4]

Haller I. p. 285.

1) Est Constantinus minor, occisus a. post Chr. 340. Lapis igitur positus est inter annos 337 — 340. 2) *Pio Felici.* 3) Sic. 4) *Forum Claudii VALlensium* Mil. Pass. *XXIIII.*

23.

IMP. CAES. VAL. CONSTANTINO
P. F. INVICTO AVG
DIVI. CONSTANTINI. P. F. AVG
FILIO F. CL. VAL. BONO [1]

. . . . . .

Haller I. p. 286. De his Inscriptionibus ad me scripsit Boccard, V. C.: „*Parmi ces inscriptions les unes me sont inconnues; les autres je n'ai pu les voir.*" — Nonnullae per possessorum incuriam videntur vel in calcem conversae vel parietibus construendis esse destinatae.

1) *BONO Reipublicae nato.*

Tabulae votivae in monte S. Bernhardi:

24.

POENINO
PRO ITV ET. REDITV
C. IVLIVS PRIMVS
V. S. L. M

25.

C. IVLIVS AN
TVLLVS PRAE
FECTVS COHOR
. IS ASTVRVM [1]
POENINO V. SOL

1) In priore Editione erat *COHORTIS V. ASTVRVM;* sed *V* illud tabulae insculptum non esse ad me scripsit Boccard.

26.

IOVI POENINO
Q. SILVVIVS [1] PERENNIS
STABELL. [2] COLON [3]
SEQVANOR
V. S. L. M.

1) Sic *(Siluvius)* teste Boccardo, non *SILVIVS*, ut edideram. 2) Sic, teste eodem, non *TABELLARIVS*. *Stabellarius* (ita sane supplendum videtur vocabulum) idem fortasse ac *stabularius*, id est, publicus hospes, parochus Coloniae Sequanorum. 3) Sic teste eodem, non *C.*, quod exposueram *Civitatis*.

27.

I. O. M [1] POENINO
T. MACRINIVS DE
MONSTRATVS [2]
V. S. L. M

1) *Iovi Optimo Maximo*. 2) Sic, teste Boccardo, non *DEMOSTRATVS*, quod esset *Δημόστρατος*.

28.

L. LICINIVSS [1] SEWS [2]
EQVES LEG
IIII MAC. PHOENINO [3]
V. S. L. M

1) Sic, teste Boccardo. 2) Sic, teste eodem, per monogramma, quod accuratius imitari non possum; adeo ut dubium maneat, an in Editione recte suppletum sit *SEVERVS*. 3) Sic, teste eodem, non *POENINO*.

29.

I. O. [1] POENINO
C. CATVLINVS
CARINVS VET
AVG. N. [2] V. S. L M

1) Sic, non *I. O. M.* 2) *AVGusti Nostri;* sic se appellabant ii, qui ab Imperatore ipso honestam missionem acceperant.

30.

I. O. M.
POENINO
M. SVLPIC. MAR

CELIVS [1] ACNIP [2]
V. S. L M

1) Sic, non *MARCELLVS*, teste Boccardo, verum sane illud requiritur. 2) Sic, teste eodem *αὐτόπτη*, quod quid sit nescio. Ex Hallero edideram: AC . N . . P.

31.

IOVI POENINO
Q. CASSIVS FACVNDVS
A. COM. [1] COS.
V. S. L. M

1) Sic teste Boccardo; non: *L. A. GOMM*, ut legerat Haller. Explica: *A COMmentariis Consulum*, uti Grut 307, 1. 578, 1. 587, 6. 592, 4 et 5. cet.

32.

NVMINIB. AVGG [1]
IOVI POENINO
SABINEIIVS [2] CENSOR [3]
AMBIANVS [4]
V. S. L. M

1) *AVGustis* vel *AVGustorum* duorum. 2) Sic, teste Boccardo, non *SABINEIVS*. 3) Idem, qui saepius *CENSITOR*. Vide Forcellinum. 4) Ambiani populi Galliae Belgicae, quorum caput olim Samarobriva, nunc *Amiens* vel potius *St. Quentin*.

33.

FELICIO ET
CRISPINVS FRA
TRES PVOENINO [1]
VOTVM SO
LVERVNT. L. M

1) Sic, teste etiam Boccardo.

34.

M. APISIVS. A . . . [1]
PRAEF. C . . . . [2]
V. S. L . . [3]

1) *Auli filius?* 2) *Cohortis*. 3) Evanuit *M*.

35.

M. PAPIRIVS EVNVS
EX VOTO

36.

T
ANNIVS CISSVS

37.

I. O. M. POENINO
PRO SALVTE HELI [1] ET SVORVM
APRICLVS [2] EIVS [3] DEDIT
DONVM VOTO S. L. M

1) Sic legit Boccard; Haller *AELI.* 2) Sic Boccard; est pro *Apriculus* a voc. *aper;* Haller *APRICIVS.* 3) Haller *EIVS. LIB.*, sed *LIB.* non legi in tabula scribit Boccard. Sic est *EIVS* servus.

38.

PAVLVS VE . . . . .
RIS TITI . . . . . [1]
TRIB. MIL. LEG . . .
POEN [2]
V. S. L. M

Non iam repperit Boccard.

1) *VEteranus ImperatoRIS TITI Vespasiani Augusti.* 2) *POENino.*

39.

IOVI P . . . . [1]
Q. IVL . . . [2]
ALT [3]
PRO . . . . . .
RE . . . [4]
V. S. L. M

1) *Poenino.* 2) *IVLius.* 3) Sic legit Boccard, ut sit, *ALTinus*, natus Altini, quod oppidum est in litore maris Hadriatici, etiamnunc *Altino.* Haller: *ALP.* 4) *PRO itu et REditu.*

40.

. . . . .
. . . . .
TRICENSIMA [1]
. . . VNTARIORVM
SVIT [2] EX VOTO

1) Sic; est *Cohors TRICESIMA VOLVNTARIORVM.* 2) *SOLVIT* mirum per compendium.

41.

PHOEBVS FVSCI
LI [1]) CAESARIS
POENINO V. S. L. M

1) Sic legit Boccard. Haller *FVSCI TI;* quod explicaram: *vicarius FVSCI TIberii CAESARIS servi.* Iam explica similiter *vicarius FVSCILii CAESARIS servi.*

42.

C. IVL. RVFVS POENINO V. S. L
AT [1]) TVA TEMPLA LYBANS [2]) VOTA SVSCEPTA PEREGI
ACCEPTA VT TIBI SINT NVMEN [3]) ADORO TVVM
INPENSIS [4]) NON MAGNA QVIDEM TE LONGE PRECAMVR
MAIOREM SACVLO [5]) NOSTRVM ANIMVM ACCIPIAS.

Haller II. p. 506. Meyeri Anthol. Lat. I. p. 202. N. 563., quem consule de miro hoc poësis plebeiae specimine.

1) Id est, *ad.* 2) Sic pro *lubens.* 3) Sic, teste Boccardo, non *NOMEN* 4) Sic, teste eodem, non *IMPENSIS.* 5) Sic, ut syllabam brevem redderet C. Iulius Rufus.

43.

LVCIVS [1]) LVCILIVS
DEO PENINO
OPTIMO
MAXIMO
DONVM DEDIT

Gud. 54, 6. Murat. 8, 6. (Cuperus in *Mon. ant.* Harpocrati subiectis p. 184. habet *PENNINO.*) Cfr. C. H. A., id est, Cannegieterum in Dorvillii *Observv. misc. nov.* 1742. T. IV. p. 181. Hagenbuch *Mss.* I. p. 129. seqq. Bochat II. p. 422. — „*Ne se retrouve pas.*“ Boccard.

1) Rarissime praenomina omnibus litteris scribuntur in Inscriptionibus.

44.

a) IOVI POENINO L. PACCIVS
L. F. PAL. [1]) NONIANVS
. . . . FVNDIS [2])
b) LEGIONE VI VICTRICIS
P. F. [3]) EX VOTO

Ut duas inscriptiones mecum communicavit Boccard. In Cardinalii *Diplomi imperiali* p. 120. ut una sic exhibetur:

IOVI POENINO
L. PACCIVS. L. F. PAL
NONIANVS
FVNDIS
7.[4]) LEG. VI. VICTRICIS P. F
EX VOTO

1) *PALatina* tribu. 2) Natus *FVNDIS*, oppido Latii inter Tarracinam et Formias, hodie *Fondi*. 3) *Piae Fidelis*. 4) *Centurio*.

45.

IOVI OP.[1]) M. POENINO
T. C. I.[2]) SEVERVS FR[3])
LEG. III. ITALIC. V. S. L
MERITVM[4])

Misit mihi Boccard.

1) Nota hoc compendium pro solito *O.* simplici. 2) Nisi subest error, explicare possis: *Titulum* (vel *Tabulam*) *Curari Iussit*. 3) *FRumentarius*. 4) Nota hoc vocabulum omnibus litteris scriptum; alibi *M.* solet explicari *Merito*.

46.

SEXE . . . . . .
MIL. LEG. O . . . .
GEMINAE . . . . .
V. S. L. M

Misit Boccard.

47.

. . . NO.[1]) VOTVM
. . . R. IA. OVED

Misit Boccard.

1) *Iovi O. M. PoeniNO.*

48.

. . . . . .
CEN . . . . . .
XXII . . . . . .

Misit idem.

49.

. . . . . NO [1]
. . . . . VS
. . . . . S. SEQ [2]
. . . . . E. LIBONI
. . . . M. SER

1) *PoeniNO.* 2) *SEQuanorum.*

d) SEDUNI *(Sion, Sitten).*

50.

. . . . . P. CAESARI DIVI I . . .
. . . . VGVSTO COS. XI . . .
. . . RIBVNICIA POTESTATE XVI
PATRI PATRIAE
PONTIFICI MAXIMO
. IVITAS SEDVNORVM [1]
PATRONO

Lipsius *Auctar.* p. 17. Grut. 226, 6. Murat. 1080, 4. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 147.

1) Ex indubitatis monumentis chronologicis memorabilis haec inscriptio ita redintegranda est, aliter quam fecit Casaubonus (ad Suet Aug Cap. 58.): *ImP. CAESARI DIVI Iulii F. AVGVSTO COS. XIII Imp. XIII TRIBVNICIA POTESTATE XXI* (vel XXII) cet. V. Eckhel *D. N.* VI. p. 112. ad annum u. c. 752.

51.

. . . . FNI CAMPANI PREFECTI MAXIMIANI VIRI CONS
OMNIBVS HONORIBVS IN VRBE SACRA FVNCTI
VE . . . T ANN . . . RIS VALERIA . . . . MATER
CARISSIMO . . . . . OFFERRI CVRAVIT
SVB ASCIA DD

Haller I. p. 262. Non solum manca, verum etiam corrupta est.

52.

DEVOTIONE VIGENS
AVGVSTAS [1] PONTIVS AEDIS
P
AXΩ [2]
RESTITVIT PRAETOR
LONGE PRAESTANTIVS ILLIS

QVAE PRISCAE STETERANT
TALIS RESPVBLICA QVAERE
D. N. GRATIANO AVG. IIII. ET. MER [3] COS
. . NTIVS [4] ASCI . . . TVS. VP. PI [5]

Ex lectione Hagenbuchii *Mss.* IV. p. 154. Cfr. Haller I. p. 314. Adde Anthologiae Latinae.

1) *AVGVSTAS* Haller recte, *AVGVSTVS* Hagenbuch. 2) Monogramma Christi in Christianorum Inscriptionibus saepe obvium. 3) *ET MERobaude* a. post Chr. 377. 4) *PONTIVS.* 5) Haller habet *ASCLEPIODOTVS V. P. D.*, id est, *Vir Perfectissimus Dedicavit.* Si nostra verior est lectio, explica: *Vir perfectissimus Poni Iussit.*

e) SIDERS in Valesia.

53.

MERCVRIO
VALERIVS
OPTATVS
V. S. L. M

Haller II. p. 541.

* * *

54.

I. O. M
AL VALLE
NSIVM [1]
POSVE
RVNT
EX VOTO
LLM. [2]

Rottenburg ad Nicrum, reperta a. 1843. *Kunstblatt* 1843. p. 456.

1) *ALa VALLENSIVM*, incolarum Vallis Poeninae, *Valaisans*, *Walliser.* Cfr. *Ala Taurina*, Vallensium vicinorum, apud Tacit. Hist. 1, 59. cet. 2) *Libentes Merito.*

B. Lapides GENEVAE, in eiusque vicinitate reperti.

a) RES MUNICIPALIS.

55.

C. IVL . . . IVLIA
. . . . . .
. . . . . .

. . . RATRV . .
. . . . . VRVM . . [1]
. . . . . .

Grut. 199, 5. Gud. 86, 6. Spon *Histoire de Genève* II. p. 314. Hagenbuch *Mss.* II. p. 209.

1) Latere in his quibusdam videbatur: *aRATRVm circumduxerunt*, in deducenda colonia: *mVRVM aedificaverunt*.

56.

L. IVL. P. F. VOL. [1] BROCCHVS VAL
BASSVS PRAEF. FABR. BIS [2] TRIB
MIL. LEG. VIII. AVG. II VIR IVR DIC
III. LOC. P. P. [3] AVGVR. PONTIF. II VIR [4]
FLAMEN IN COL. EQVESTRE [5] VIANIS [6]
GENAVENSIBVS [7] LACVVS [8] DAT

Spon *Mss.* p. 167. *Histoire de Gen.* II. p. 325. et 380. Pocock. p. 79, 4. Hagenbuch *Mss.* II. p. 239.

1) *VOLtinia* tribu. 2) *Praefectus Fabrum* iterum. 3) *LOCis Publicis Persequendis*, de quo officio consule Hultmannum *Misc. epigr.* p. 330. Cfr. Inscrr. mearum Lat. N. 3842. 4) Hoc loco videtur significare vel Duumvirum Iuri Dicundo non Genevae solum, verum etiam in Colonia Equestri, vel Duumvirum quinquennalem censoriae potestatis. Cfr. Inscrr. m. Lat. N. 3882. seqq. 5) Sic. 6) Magnas turbas excitavit hoc *VIANIS*, atque ipse Hagenbuchius propendebat in Abauzitii explicationem *SEXTANIS*, id est, militibus legionis sextae post honestam missionem in coloniam Genevensem deductis. Hultmannus tamen l. l. iam ante sequentem titulum 1757. demum repertum verum viderat, esse quadratarii errorem pro *VICANIS*. 7) Nota hanc scripturam, quae est etiam in Itinerario Antonin. 8) Nota hanc accusativi formam. Sunt h. l. *Wasserbehälter*, *bassins*.

57.

L. IVL. P. F. VOL. BROCCHV VAL
BASSVS PRAEF. FAB. BIS. TRIB. MIL
LEG. VIII. AVG. II VIR. IVR. DIC. III VIR LOC
P. P. AVGVR. PONTIF. II VIR
FLAMEN IN COL. EQVESTR
VICANIS GENAVENSIBVS LACVVS D

Ex litteris Iacobi Verneti ad Hagenbuchium missis. D. 12. Octobr. 1758.

58.

C. VALERIO T. F. A. N [1]
TR. MIL. LEG. II
PATRONO. OPTIMO
GENEVENS. PROVINCIA [2]

B. M. P [2]
VIXIT. ANN. LX. M. II. DIES XVII

Genevae olim, nunc periit. Grut. 477, 4., accuratius in Hagenbuch *Mss.* II. p. 253. Ceterum indubitatae est fidei, cum exscripta sit etiam a Paulo Hentznero in *Itinerario Germaniae*, *Galliae*, *Angliae*, *Italiae*. Norimbergae 1629. p. 61.

1) *Auli Nepoti*, non *ANiensi* tribu. 2) *Genevenses Provinciales*, ut docuit Abauzit in *Dissertat.* post Spon *Hist. de Gen.* II. p. 388. Olim perperam explicarunt *Genevensis Provincia*, quae nulla unquam fuit. 2) *Bene Merito Pos.*

59.

T. IVL. T. FIL. CORN. [1] VALERIANO
PATRONO COLON [2]
II VIR. AER. [3] III VIR
LOCORVM. P. [4] PERSEQVENDOR
TRIB. MIL. LEG. VI. VICTR
PRAEF. FABRV. FLAM. AVG [5]
PONTIFICI
IVLIA. T. F. VERA. PATRI. OPTIMO

Genevae. Grut. 408, 6. et 425, 7. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 313. Hagenbuch *Mss.* II. p. 111.

1) *CORNelia* tribu. 2) Scilicet Genevensis. Vide Spon. Alii quidem intelligere maluerunt de Colonia Equestri. 3) *AERarii*. 4) *Publicorum*. 5) *AVGusti*.

60.

D. [1] IVL. D. FIL. VOLT [2]
CAPITON
AVGVRI II VIRO AERAR
FLAMINI MARTIS
TR. MILIT

Genevae. Grut. 421, 6. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 327. Hagenbuch *Mss.* II. p. 111.

1) *Decimo*. 2) *VOLTinia* tribu.

61.

. . . . RICCIO T. F
. . . . . D . L [1] . FRONTONI
. . . VIR. [2] AERARI
. . . . . R. [3]
EX TESTAM

Genevae. Grut. 505, 8. Murat. 768, 7. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 333. Hagenbuch *Mss.* II. p. 295.

1) *Caiae*, id est mulieris alicuius, *Libertus*. Sed cum praecedat *Titi Filius*, nullius libertus is sane esse poterat; unde praefero cum Hagenbuchio Guillimanni p. 87. typum: *POLlia* tribu. 2) *Duumviro*. 3) *heRes*.

62.

G AROS [1]) MARCIANO OP
TIMO IVVENI ET PIENTIS
SIMO OFFICIO INTER CON
VICANOS SVOS FVNC
TO AEDIL. [2]) HVNC. MIHI
INIQVE INIMICA MANVS AB
TVLIT [3]) CONIVGEM CARVM
ET PARENTIBVS INFELICISSI
MIS POST CETEROS [4]) VNI
CVM NATVM ATISMARA [5]) CONIVGI AMAN
TISSIMO ET MERENTISSIMO

Litteris ligatis; Genevae reperta est a. 1722. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 376. Pocock. p. 80, 7 Hagenbuch *Mss.* II. p. 337.

1) *Caio Arosio.* 2) *AEDILitatis* vel *AEDILicio.* 3) Sic pro *abstulit.* 4) Nota nomen Gallicum.

63.

Q. STARDIVS MACER
C. STARDIVS PACATVS
C. ALBVCIVS PHILOGENES
L. STATIVS ANCHIALVS
C. NOVELLIVS AMPHIO
. . CORNELIVS AMPHIO IIIII VIRI [1])

Genevae. Grut. 194, 8. Murat. 746, 7. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 316. Hagenbuch *Mss.* II. p. 231.

1) *Sexviri* Augustales. Quattuor ultimos libertini generis fuisse, ex nominibus Graecis rite colligitur. Sic et Carpophorum:

64.

SEX. ATTIO. CARPOPHORO
IIII VIRO AVG
IERIA CASTVLA

Genevae. Grut. 368, 4. et 385, 4. Murat. 678, 8. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 316. Hagenbuch *Mss.* II. p. 213.

65.

. . . . XTI FIL
. . . . RINAE

. . . . MINICAE [1])
. . . MATERNAE

Genevae. Grut. 897, 19. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 317. Hagenbuch *Mss.* II. p. 231.

1) *flaMINICAE*.

66.

M. CARANTIVS. MACRINVS. CENTVRIO. COH
PRIMAE. VRBANAE
FACTVS. MILES. IN. EAD. COHORTE. DOMITIANO. [1]) II COS
BENEFICIAR. TETTIENI. SERENI. LEG. AVG. VESPAS. X COS
CORNICVLAR. CORNELI. GALLICANI. LEG. AVG. EQVESTRIB
STIPENDIS. DOMIT. VIIII. COS. ITEM. MINICI. RVFI. LEGATI. AVG
EVOCATVS. AVG. DOMIT. XIIII. CoS. CENTVRIO. IMP. NERVA. II CoS. T. P. I. [2])

Carouge prope Genevam. Inscrippt. m. Lat. N. 5030. Misit mihi primum Levade, V. C., deinde accuratius exscriptam Ferruccius, professor Genevensis, V. C., una cum epistola lectu dignissima, quam hic cum lectoribus communico. Sponium ceterosque scriptores epigraphicos, etsi in ecclesiae pariete prope Genevam iamdudum omnium oculis exposita, latuit.

Chiarissimo signore professore!

Di Ginevra 9 8*bre* 1843.

Il valentissimo nostro archeologo signore Borghesi mi ha scritte a questi ultimi dì due lettere sulla inscrizione sepolcrale di M. Caranzio Macrino, che leggesi a Carouge presso di Ginevra, e ch'ella pubblicò nella sua grande collezione di latine epigrafi al n. 5030. *Stimo di fare cosa ad un tempo grata a lei e utile alla scienza epigrafica comunicandole un sunto di esse lettere, che pajonmi, a dir vero, di una non piccola importanza. Nella prima pregami egli di bene esaminare quell' epitafio sull' originale e di vedere principalmente se invece di* Tetam. *non si abbia a leggere* Tettieni: *chè ove ciò fosse, sarebbe costui il* T. Tettienus Serenus *console suffetto di anno incerto in compagnia di* C. Scoedio Natta Pinaviano *ricordato dal Marini (Arv. p.* 376*). Ora, e per l'autorità del Salverte, che pubblicò questo marmo in un suo opuscoletto messo fuori nel* 1819, *e per l'accurato pazientissimo esame che ne avea fatto io medesimo l'anno scorso, gli è fuor di dubbio che così, e non altrimenti, va letto il nome gentilizio di Sereno. Il marmo è scheggiato bruttamente propio tutto il lungo delle ultime cinque lettere di questa parola: ma dal pochissimo che un occhio un po' pratico di tali letture può raccogliervi si viene in chiaro della verità. È poi indubitato del pari che alla quarta linea leggesi* Vespas. X. Cons. *per errore del quadratario che scambiò la data del consolato con quella della podestà tribunizia di Vespasiano. Assicurato così il Borghesi della giustizia della sua congettura mi vien dicendo nella sua seconda lettera, che appresso avere stabilito che i legati della pietra di Carouge sono i Legati Augustali della Gallia Lugudunense, gli è certo che Tettieno non dev' essere stato console fino all' anno* 832, *anno in cui trovavasi al governo di essa provincia; e l'esempio dell' altro Legato,* Minicio Rufo, *pur nominato nella lapide, e che fu console nell'* 840, *ci mostra chiaramente che questo governo era uno scalino prossimo per salire alla maggiore curule. Dall' altra parte egli osserva che la lapide*

citata dal Marini porta la data XV. K. Aug.; *lo che significa che a Tettieno era toccato il secondo nundino dell' anno. Ora dopo 'l* 832, *epoca certa del governo di Tettieno, il secondo nundino trovasi già riempito per un triennio continuo. Nell'* 833 *occupavalo L. Elio Plauzio Lancia Eliano, il quale ebbe a collega primieramente C. Mario Marcello Ottavio, P. Cluvio Rufo, poscia Q. Pactumeio Frontone. Nel* 834 *occupavanlo L. Vezzio Paulo e T. Giunio Montano. Finalmente nel* 835 *ci troviamo P. Valerio Patruino in compagnia di un altro, del quale fu ad arte cancellato il nome nel bronzo di Falerone* (Grut. p. 1081. 2.), *e che il Borghesi tiene essere stato L. Antonio Saturnino, di cui fu proscritta la memoria dopo la sua ribellione nella Germania. Da tutto ciò conchiude il Borghesi stesso non potersi concedere luogo nei fasti al nostro Tettieno innanzi l'anno* 836, *in cui sarà stato sostituito a Domiziano console la nona volta, e a Q. Petilio Rufo la seconda; anno che del resto molto sembra convenirgli, poichè veggiamo che in esso eragli già succeduto nel governo della Gallia Cornelio Gallicano, come l'attesta la nostra lapida; onde sta bene ch'egli viceversa ne fosse tornato a Roma per esservi onorato del consolato. E quell' anno è poi certamente vacante, scrivendo Suetonio (in Domit. c.* 13.) *che questo imperatore consulatus omnes paene titulo tenus gessit, nec quemquam ultra Kalend. Maias. Osserva inoltre il Borghesi, che questo medesimo Tettieno fu ascritto al Collegio degli Auguri nel* 95 *di Cristo, siccome attesta la Gruteriana p.* 300., *e che la casa in cui egli venne addottato fu forse la Galeria, siccome sembra fornircene bella prova la seguente inscrizione scoperta* 3 *anni sono in Assisi:*

GAL. TETTIENVS. PARDALAS. ET
TETTIENA. GALENE. TETRASTYLVM
SVA. PECVNIA. FECERVNT. ITEM. SIMVLACRA. CASTORIS
ET POLLVCIS MVNICIPIBVS. ASISINATIBVS. DON. DEDER
ET. DEDICATIONE. EPVLVM. DECVRIONIBVS. SIN. -X V. SEXVIR. -X III
PLEBEI. -X IS. DEDERVNT
S. C. L. D.

Unisco qui il testo della suddita inscrizione di Carouge quale è scolpito sul marmo, e come io l'ho trascritto colla massima diligenza possibile. Spero di averle fatta cosa grata facendole parte di tutte queste notizie che possono tornare utili non solo a lei, ma anche al chiarissimo signor Baiter editore dei fasti consolari nell' Onomastico Ciceroniano. Potrebb' Ella al ritorno del signor Ader, che le reca questa mia, inviarmi se non la collezione intera, almeno una parte de' Programmi semestriali di codesta Università da lei pubblicati? Vorrei farne materia di un Articolo letterario per uno de' nostri giornali d'Italia. Le ne sarei infinitamente tenuto.

Mi creda sempre con sincera stima

suo affezionatissimo ed obbligatissimo servitore

MICHELE FERRUCCI.

1) Nota, in hoc titulo Domitiani nomen erasum non esse, ut in eius plerisque ex S. C. factum est. 2) *Titulum* vel *Testamento Poni Iussit.* — Insunt monogrammata aliquot, facillima tamen lectu, quae nostris typis imitari non potui.

b) MILITARIA.

67.

CN. ARVTIO. CN. F. CELERI
PRAEF. COHORTIS
LVSITANORVM
. . . . . .

Genevae. Grut. 366, 5. et 523, 1. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 312. Hagenbuch *Mss.* II. p. 203.

68.

. . . . BLANDIO C. F
VOL. [1]) LATINO. 7. [2]) LEG
I. ITAL. 7. LEG. II. AVG. 7. LEG
VIIII HISPAN. 7. LEG. XX [3])
. ONIS DONA [4]) . . . . . .
. . . . . .

Genevae. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 318. Hagenbuch *Mss.* II. p. 329.

1) *VOLtinia* tribu. 2) *Centurioni.* Vitis, quam ad verberandos milites gestabant Centuriones, signum hoc est. 3) «Cum hoc saxo conferri meretur Grut. 555, 1.; ubi idem homo diversis temporibus quinque diversarum legionum centurio memoratur.» Hagenbuch. 4) *dONIS DONAto*, quae deinceps memorabantur, phalerist hastis puris, coronis cet.

69.

. . . . . RI
. . . . . ION [1])
LEGIONIS X
HERED. EX TEST

Genevae. Grut. 571, 11. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 545. Hagenbuch *Mss.* II. p. 315.

1) *CenturIONi.*

70.

. . . . S. N. PATRIT . . AS . . P. P
. . . RITFERO [1]) . . . . . AE ROMV . .
D . . . NIVGI T . . . LLI . . S. MIL. LEG. XXII. ADI . . .
. . FECTVM . . . . . BI . .
. . . OICA

Genevae. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 545. Hagenbuch *Mss.* II. p. 315.

1) In misera hac corruptela latere videtur *Aquilifero* vel *Signifero.*

c) DIIS DEDICATA.

71.

Ab uno latere:

I. O. M. ARCVM . . . . .
ORNAMENT . . . . . .
. . . . LSI LIB. VERE . .

Ab altero latere:

I . . M
ARCVM CVM SVIS ORNAMENTIS
T. VIPIVS [1]) CELSI LIB. VERECVNDVS

Genevae. Spon. *Hist. de Gen.* II. p. 372. Pocock. p. 79, 2. Hagenbuch *Mss.* II. p. 167.

1) An *VLPIVS* vel *VIBIVS*? Hagenbuch. Quidni inter tot gentes Romanas fuerit etiam *VIPIA*?

72.

IOVI. O. M
CINGIDVO [1])
STABVLO ET AVLVS

Genevae. Spon *Misc.* p. 72. *Hist. de Gen.* II. p. 307. Hagenbuch *Mss.* II. p. 167.

1) Id est *DVO CINGI*, *Cingius STABVLO et Cingius AVLVS*. Ridicule olim de *Iove* nescio quo *Cingiduo* interpretabantur.

73.

IOVI
ASSIGN
M. F
N

Genevae. Grut. 13, 3. Murat. 2, 5. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 508. Hagenbuch *Mss.* II. p. 189., qui haec adscripsit: „*Ego me nondum videre saxi sensum fateor.*“ Scaliger Ind. XV. dedit *Assignatum Iovi* nostro ex titulo; quae tamen formula est inaudita.

74.

MERCVRI
AVG
M. ATTIVS BIRR
V. S

Genevae. Haller *Bibliothek der Schweizergeschichte* IV. p. 124.

75.

APOLLINI
M. AVFVSTIVS
CATVSO

Genevae. Grut. 38, 12. Murat. 22, 3. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 308. Hagenbuch *Mss.* II. p. 163.

76.

MARTI AVG
SACRVM
SENNIVS [1]) SABINVS

Genevae. Grut. 57, 9. Murat. 44, 1. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 309. Hagenbuch *Mss.* II. p. 191.

1) *ENNIVS* Gruterus. Fortasse divise scribendum *S. ENNIVS.* Attamen *L. SENNIVM* habet Reinesius p. 891, 31.

Hac occasione oblata inseremus duas Inscriptiones repertas in vico Passy in Sabaudiae tractu, cui nomen est Faucigny, et correctius quam ab aliis nuper editas a Ferruccio, professore Genevensi, V. C., in *Mémoires de la Société d'Histoire et d'Archéologie de Genève* T. I. P. I. p. 271. seqq.

77.

MARTI
A. ISVGIVS. [1]) A. F
VOLT. VATVRVS
FLAMEN. AVG [2])
II. VIR. AERARI
EX. VOTO

1) Beaumont *Description des Alpes, atlas fig. aa* legit *ISVCTVS.* Tamen Grilleti *Dict. hist. littér. et statist. des départ. du Montblanc et du Léman* III. p. 168. ac Ferruccii lectio praestare videtur, ut sit nomen gentile. 2) *AVGustalis* Ferruccius. Nonne *AVGusti?*

78.

MARTI. AVG
PRO. SALVTE
L. VIBI. L. FILI [1])
FLAVINI
L. VIBIVS. VESTINVS
PATER
II. VIR. IVRI DIC
III. VIR. LOC. P. P [2])
EX. VOTO

1) Raro sic omnibus litteris scribitur. 2) Rursus *LOCorum Publicorum Persequendorum.* Ceterum vides ex tribus his titulis admodum frequentem Martis cultum in illis regionibus fuisse.

79.

DEO INVICTO [1]
GENIO [2] LOCI
PRIMIDIVS SE
VERINVS MIL
LEG. VIII. [3] P. F
C. C. [4] STIP. XXVI. ARAM
EX VOTO PRO SALVTE
SVA. V. S. L. M. POSITAM
MVCIANO ET FABIANO COS

Maffei *Dittico Quirin.* p. 28. Hagenbuch *Mss.* II. p. 345. Haller *Bibliothek der Schweizergeschichte* I. p. 124.

1) Id est, Mithrae. Cfr. Inscr. m. Lat. N. 1908. 5232. 2) Supple *et* ante *GENIO.* 3 Vide Schoepflin *Alsat.* I. p. 517. 4) *Piae Fidelis Constantis Commodae.* Vide Grut. 485, 8. 5) a. post Chr. 202. In Fastis inversus est horum Consulum ordo.

80.

DEO SILVA
NO PRO SALV
TE RATIARIOR
SVPERIOR [1] A
MICOR. SVOR
BASIM SANCT [2]
M. ARRIVS CIVIS HEL [3]
V. S. L. M

Genevae reperta 1678. Spon *Misc.* p. 231. *Hist. de Gen.* II. p. 337. Fabrett. p. 756, 622. Murat. 67, 7. Pocock. p. 80, 8. Hagenbuch *Mss.* II. p. 307.

1) Ratiarios intellige partis superioris Rhodani. 2) *SANCTam* Hagenb. 3) *CIVIS HELvetius* potius quam, ut aliis placuit, *HELvetiae.* Sic *CIVIS NERVIVS* Spon *Misc.* p. 105., *CIVIS MEDIOMATRICVS* Grut. 731, 12., *CIVIS MEDIOMATRICA* Grut. 631, 8., *CIVIS BITVRIX BIBISCVS* Grut. 731, 3., *CIVIS TRIBOCVS* Grut. 647, 3. Vides hunc usum civitatem in titulis signandi in Galliis potissimum obtinuisse.

81.

NVMINIBVS
AVG [1]
ET DOM. DIV [2]
VICTOR AVG
LIB. P. P. S. [3]

Genevae. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 313. Hagenbuch *Mss.* II. p. 205. Murat. 103, 8. et 105, 2.

1) *AVGustis.* 2) *DOMus DIVinae* potius quam *DOMui DIVinae.* 3) *Posuit Pecunia Sua.*

d) MONUMENTA HISTORICA.

82.

IMP. CAES. NERV
VLP. TRAIAN. AVG
GERM. PONT. MAX
TRIBVN. POT. COS. II [1]
M. P. VIII

Est columna miliaria reperta in vico Versoy (vel Miez, ut testatur Levade *Dictionnaire géograph. statist. et historique du Canton de Vaud. Lausanne* 1824. p. 196.) et postea Genevam translata. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 329. Hagenbuch *Mss.* II. p. 281.

1) A. post Chr. 98.

MEYSERI prope Genevam.

83.

. . . . . EPI SEVER
. . . . CAI SABADIA
. M. RIBTO. T. IX
. DESIG . . . III. P. P. PT
. . . ET ANTONIN
TII . . . . P. C
IIII. COS. DESG

In corruptissima hac inscriptione Guichenon *Hist. de Savoye* I. p. 42. repperisse sibi visus est antiquum Sabaudiae nomen *SABADIA*. Sed eius inscitiam optime correxit Spon *Hist. de Genève* II. p. 343. ita restituens atque emendans:

IMP. SEPT. SEVERO AVG
PARTHIC. ARAB. ADIAB
PONT. MAX. TRIB. POT. IX [1]
COS. II. DESIG. III. P. P. ET
M. AVREL. ANTONINO
TRIB. POT. III. COS. DESIG
M. P . . . . .

1) A. post Chr. 201.

84.

IMP. CAES
DIVI MAGN. ANTONI

NINI PII F D . . . . ER NE
POS . . . . . .
. . . . . .
TRIB

Nunc Genevae. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 330. Murat. 1045, 8. Hagenbuch *Mss.* II. p. 283. Prout suppleveris, vel cum Bimardo apud Muratorium l. l.: *Imp. Caes. Divi Magni Antonini Pii* (id est, Caracallae) *F. Divi Severi Nepos M. Aurelius Antoninus Pius Felix Aug. Trib. Pot.* . . . , vel cum Massono *(Hist. crit. de la républ. des lettres VI. p.* 210.): *Imp. Caes. Divi Magni Antonini Pii F. D. Severi Nepos M. Aurelius Severus Alexander Pius Felix Aug. Pontif. Max. Trib. Pot.* (cfr. Grut. 1078, 7. et 8.) vel ad Elagabalum vel ad Alexandrum Severum erit referenda.

85.

IMP. CAES
C. VIBIO TREBONIA
NO GALLO PIO FELICI
AVG. PONTIFICI MAX
TRIB POTES. COS. II [1] P. P
IMP. CAES. C. VIBIO ANNIO [2] GALLO
. . . . ANO [3] VOLVSIANO [4]
. . . . . .

Spon *Hist. de Gen.* II. p. 354. Hagenbuch *Mss.* II. p. 299.

1) A. post Chr. 252. 2) Legendum videtur *AFINIO* ex aliis inscriptionibus, v. c. Murat. 253, 4. et ante omnes Barthelemy *Mém. de l'Académie des Inscript.* XXVIII. p. 606. 3) *VELDVMNIANO.* 4) In Sponii *Hist.* editione priore additur PIO. FEL. AVG. PONTIF. (MAX.), prorsus ut in titulo Romano a Barthelemyo et Eckhel *D. N.* VII. p. 363. et 369. explicato. Utrum merum sit Sponii supplementum, an per incuriam in altera editione haec omissa sint, non liquet.

86.

In clypeo argenteo:

LARGITAS. D. N. VALENTINIANI. AVGVSTI [1]

Sinner *Voyage dans la Suisse occidentale* II. p. 79.

1) Memorabile monumentum, ex quo apparet, quomodo illis temporibus Imperatores hominum militarium praeclaras res gestas remunerati sint.

e) SEPULCRALIA.

87.

DIIS MANIB
SEX M . . . .

. . ATRO . . . VI
SAGAR[1] . . . NI
NARCISSVS
. . . . . AN . . .

Genevae. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 354. Murat. 1772, 8. Hagenbuch *Mss.* II. p. 297.

1) «Negotiatorem sive potius mercatorem *SAGARium* hic videbat Sponius, ut apud Fabrett. p. 34, 167. et p. 495, 189. Reines. Class. VIII. 71. Spon *Misc.* p. 226. et 261.; sed in Marm. Oxonn. p. 83. XI. *SAGARI* nomen videtur hominis esse, non artis.» Hagenbuch.

88.

D. M
*et qu*IETI AETERNAE
*Ma*NSVETINIAE IV
*lia*NAE LIBERTAE
*ca*RISSIMAE ET CON
*iug*I INCOMPARA
bili FEMINAE SAN
*cti*SSIMAE C. MA
*ns*VETINIVS PA
*ter*NVS PATRO
NVS[1]

Genevae. Dedi cum supplementis Sponii *Hist. de Gen.* II. p. 333. Grut. 957, 7. Murat. 1547, 13. Hagenbuch *Mss.* II. p. 291.

1) Nota patronum propriae libertae maritum.

89.

MEMORIAE
AETERNAE
VERR VERVLAE
COLVSSAE STVRD
CONIVGI INCOM
PARABILI F C[1]
ET SVB ASCIA DED

Genevae. Grut. 839, 8. Murat. 1418, 6. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 317. Hagenbuch *Mss.* II. p. 232.

1) *Faciundum Curavit.*

90.

CAL. [1] VERNAE [2]
VER. VERVLA
FIL. PIENTIS P. C
S. A. D. [2]

Genevae. Grut. 713, 11. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 318. Hagenbuch *Mss.* II. p. 235.

1) Aut hic legendum *COLussae*, aut in praecedente *CALussae*. 2) *VERIVAE* Grut. An *VERVLAE*? Hagenb. 3) *Ponendum Curavit. Sub Ascia Dedicavit.*

91.

Q. IVLIO SERGIO
MEMORIAE
EIIVS [1] FVLLON [2]
IVSTINVS ET TE
RENTIA BELATVL
LA ET IVL. MACRINVS PATRONO
HERED FACIƎNDVM CVRAVƎR [3]

Genevae. Grut. 943, 3. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 312. Hagenbuch *Mss.* II. p. 201. Ut ineditum dat Murat. 1543, 3.

1) Sic. 2) *FVLLONes*, quod opificium etiam patronus exercuisse videtur. 3) Sic, litteris ligatis.

92.

. . . . ALERIO KANI
OLKANO FILI

Genevae. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 374. Hagenbuch *Mss.* II. p. 351.

93.

C. SEGELLIO TERRENO
HER
EX TESTAMENTO

Genevae. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 374. Pocock. p. 79, 1. Hagenbuch *Mss.* II. p. 335.

94.

SEX. VCCIO
SECVNDO
ALBVS FRATER
D. S. D [1]

Genevae. Grut. 853, 4. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 374. Hagenbuch *Mss.* II. p. 325.

1) *De Suo Dedit.*

95.

D . . . . .
RVFIAE AQVILINAE C. F. AT . . . . .

Genevae. Grut. 921, 18. Murat. 1738, 5. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 332. Hagenbuch novo ex typo *Mss.* II. p. 287.

96.

L. NAMMIO
NVMIDAE

Genevae. Grut. 919, 2. Murat. 1715, 10. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 332. Hagenb. *Mss.* II. p. 289.

97.

M. 1) CONNI SECVNDI
M. IVL. MARCIANVS
FRATRI

Genevae. Grut. 847, 2. Murat. 1455, 4. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 309. Hagenb. *Mss.* II. p. 197.

1) Deest *DIS MANIBVS.*

98.

M. IVL. MARCIANVS
SIBI VIVOS 1) POSTERISQ
SVIS FECIT

Genevae. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 345. Murat. 1696, 10. Hagenbuch *Mss.* II. p. 199.

1) Ex antiquiore scriptura pro *VIVVS.*

In olla sepulcrali:

99.

C. V. VA . . . .

Spon *Hist. de Gen.* II. p. 345. Hagenbuch *Mss.* II. p. 319.

CAROUGE prope Genevam:

100.

D. M
D. IVLIO D . . .

IVLI . . . FESTI
FIL. VOLT. MOD
ESTINO PATRONo
PIENTISSIMo LIBERT
EIVS. CVRAVERVNT

Inscrr. m. Lat. N. 5029. Misit mihi hunc titulum a Sponio ceterisque scriptoribus epigraphicis omissum Levade, V. C.

101.

D. M
PHILETI BRIT
TAL. ANNORVM
XXIIII. DEFVNCTO
CLAVDIANVS FILI VNICI
ET PIISSIMI
P. C.
SVB. ASCIA. DED

Dedi typum Sponio-Bimardianum apud Murat. 1200, 4. Paullo aliter Grut. 700, 10: *PHILEII BRITTAE.*

LADECY prope Genevam:

102.

P. DECIVS TROVCETEIVEPI F
VOLTIN. ESVNERTVS
C. MARCIO CENSORINO [1]
COS

Spon *Hist. de Gen.* II. p. 371. Hagenbuch *Mss.* III. p. 107. Notanda maxime nomina Gallica. Cfr. Spon *Lyon* p. 30: *VROGENONERTVS.* In aliis: *BILCAISIO* Grut. 775, 6., *BIRACILLVS. SETVBOGGIVS ESVGGI F.* Spon *Misc.* p. 109, 88.

1) Est is, cui Horatius inscripsit Carm. IV, 8. Consul fuit a. u. c. 746. Varr. cum C. Asinio Gallo. Sed interdum alter tantum Consul altero praeterito memoratur in titulis. Vide Relandi *Praef. in Fastos* p. **** 3. Fabrett. p. 504. et p. 596 Reines. p. 342.

f) TITULI SUBDITICII.

103.

VIXI VT VIVIS
MORIERIS VT SVM MORTVVS

SIC VITA TRVDITVR [1]
VALE VIATOR
ET ABI IN REM TVAM

Lips. *Auctar.* p. 45.; qui habuit a Paulo Gulielmo, noto falsario. Grut. 898, 4. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 329.: *Elle se voyoit autrefois dans les murailles de Genève, vers la Corraterie.* Hagenbuch *Mss.* II. p. 137. Mihi est suspectissima.

1) Desumpsisse hoc videtur falsarius ex Petronii Satyric. 82.: *Quod hodie non est, cras erit; sic vita truditur.*

104.

D. M. S
C. IVLIVS CAESAR LONGIN [1]
D. CIL [2] C. IVLI LEIBERTVS
PERRVPTIS. MONTIB. HVC TANDEM
VENI VT HIC LOCVS MEOS CONTEGERET
CINERES
APOLLO TVAM FIDEM
VIXIT ANNOS XLI. MESS. III
DIES XIII
HOR. NVL
T. FVLVIVS D. D. L [3]
COMMILITO COMMILITON
VALE LONGINE AITERNVM
S. T. T. L. [4]

Lips. *Auctar.* p. 44. a Paulo Gulielmo, falsario. Grut. 544, 9. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 310.: *Elle se voyoit autrefois proche St. Pierre.* Hagenbuch *Mss.* II. p. 141. — Mihi commentitia videtur, cum propter mirum illud *C. Iulii Caesaris Longini* nomen, tum propter universum stilum a solito titulorum sepulcralium longe recedentem, v. c. *Apollo tuam fidem! — Vixit horam nullam;* tum denique propter antiquae scripturae affectationem in *LEIBERTVS*, *AITERNVM.*

1) Longini nomen gessisse volgo narrant militem illum, *qui lancea latus Iesu aperuit.* Evang. Ioannis 19, 34., unde assumpsisse videtur Gulielmus. 2) *Domo CILix.* Hagenb. 3) *Decimi FIL.* emendabat Hagenbuchius. Sed in his quoque rari quid affectavit inventor, *Decimorum* (duorum) *Libertus.* 4) *Sit Tibi Terra Levis.*

105.

D. M
PAPIRIAE POLCRAE [1]
QVAE VIXIT. ANN. VIIII
MESS. II DIES XII

MAGNA FREQVENTIA
LEG. XIII
EL. EST
L. PAPIRIVS. C. F. PROBVS
TRIB. MIL
AELIA AELIANA
PAR. MOER
FIL. MER
P. C.

Ab eodem Paulo Gulielmo Lips. *Auctar.* p. 43, 1. Grut. 556, 1. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 336. Hagenbuch *Mss.* II. p. 305. — Est commentitia, ut apparet vel ex ridiculo illo *MAGNA FREQVENTIA. LEGionis XIII. ELata EST.*

1) En rursus affectatio, ut in *MESS.* huius ac praecedentis.

106.

D. M. S
VETVRIAE C. F. BELLAE
HEV POSITAE GNATAE TRISTES
POSVERE PARENTES
C. VETVRIVS. Q. F. C. N. OVF. IVLIANA D. F. SCAPT
LIBB. MER

A Paulo Gulielmo Lips. *Auctar.* p. 45. Grut. 714, 1. Murat. 1228, 6 Spon *Hist. de Gen.* II. p. 335.: *Celleci se lisoit autrefois à Genève.* Hagenbuch *Mss.* II. p. 301. — Est omnino subditicia, ut facile colligitur ex ineptis illis D. *(Caiae.) Filia SCAPTia tribu.* Feminae enim neque a matribus designantur nec tribum habent.

107.

Q. FABIO MAXVM . .
ALLOBROG. VICTOR
R. C

Versoix prope Genevam. „Freherus Grutero". Grut. 406, 6. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 187. — Est hoc ex eo genere subditiciorum, quibus singillatim confingendis gaudebant Viri docti petulantiores Seculorum XV. XVI. et XVII., minime tamen comparandi cum doctrina, tum vafritia et copia commentorum cum Pyrrho Ligorio nostroque Paulo Gulielmo, homine mihi praeter has fraudes prorsus ignoto, multo callidius eadem in arte versatis.

COLOGNI prope Genevam:

108.

PRAE. D. AED
AVG. I. CAES

Mercure Suisse. Iuillet 1745. p. 29., ubi ridicule La Motte explicat: *PRAEsint Dii AEDibus AVGusti Iulii CAESaris.* Est omnino spuria, id quod valet etiam de sequente, Ibid.:

109.

D. M
SAL. FAC. IMP.
H. SED

Id est, ut interpretatur idem Vir doctus: *Deo Marti. SALvum FAC IMPeratorem Hic SEDentem.* „Fungum pro cerebro habet, qui stilum hunc antiquarium putat.“ HAGENB. *Mss.* Cfr. Haller *Bibliothek der Schweizergeschichte* IV. p. 133.

C. COLONIA IULIA EQUESTRIS NOVIODUNUM.
(*Nyon.*)

110.

IMP. CAES. M
AVRELIO
ANTONINO
PIO. FELICI. AVG
PONTIF. MAX
TRIB. POTEST. XVI
COS. III [1]
CIVITAS
EQVESTRIVM [2]

Nunc est Genevae, ut inscriptiones Noviodunenses paene omnes; vide Levade p. 220. — Grut. 258, 9. et 10. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 331. Hagenbuch *Mss.* II. p. 95. Ut ineditam dat Murat. 1045, 7.

1) Uterque numerus deest in apographis plerisque; ascivi Gruterianos, ut titulus referatur ad a. post Chr. 162.
2) Nota hoc incolarum nomen.

111.

. . . . . ANTONINVS
GORDIANVS

TRIB. POT. III.[1] COS
C. I. EQ[2]

Novioduni. Haller *Bibliothek der Schweizergeschichte* I. p. 226.

1) A. post Chr. 240. 2) Compendium *Coloniae Iuliae EQuestris.*

112.

ANNOR. XII
L. PLINIO
FAVSTI FIL
SABINO

C. PLINIO. M. F. C. N. FAVSTO
AEDILI. II VIRO
IVL. EQ. FLAMIN
C. PLINIVS FAVST
VIVOS[1]
P. C

Nunc Genevae. Lips. *Auctar.* p. 42. Grut. 454, 4. Murat. 1111, 2. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 320. Hagenbuch *Mss.* II. p. 97. et 139.

1) Sic, ut saepe. Cfr. Murat. 1389, 13. cet. — Inter utramque inscriptionem est ramulus.

113.

D. VALERIO ASIATICI LIBERT
SISSI[1] IIIII VIRO
COL. EQ
EX. T[2]

Versoix, nunc Genevae. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 319. Hagenbuch *Mss.* II. p. 115.

1) Videtur latere corruptela. 2) *EX Testamento.*

114.

. . . . DE . . . COR
. . . . . .
TARRO
CVR. C. R.[1] CONVENT
HELVETIC
II. VIRO[2]
IVLIAE. Q. FILIAE. MARCELLAE
CORNELIAE. Q. FILIAE. MARCELLAE

Novioduni. Hagenbuch *Mss.* Bochat III. p. 610. Haller *Helvetien* II. p. 206.

1) Sic Haller; recte, puto, ut sit *CVRatori Civium Romanorum.* Confirmat etiam sequens eiusdem, ni fallor Inscriptionis typus:

. . . . . ANTABRO
. . VR. C. R. CONVEN
HELVETIC. II VIRO
IVLIAE GELL. MARCELL
CORNELIAE Q. F. MARCELLA.

apud Murat. IV. p. 6, 2. Tschudi *Mss.* p. 127.; corruptius apud Grut. 497, 15., ubi pro *CVR. C. R.* est . . *VAC. R.* Alii legebant *CVR. GR.* explicantes *CVRatori GRanarii* vel *GRanariorum;* id quod non placet. 2) Sic Gruterus, Muratorius, Bochatius. Alii numero omisso *VIRO*, quod nihil est. — In typo Muratoriano *GELL.* manifesto corruptum est ex *Q. FIL.*

115.

Protome viri.

C. LVCCONI. 1) CO . . .
TETRICI. PRAEF
ARCEND. LATRO . . . 2)
PRAEFECT. PRO II VIR 3)
II VIR BIS FLAMINI
AVGVST

Etiamnunc Novioduni. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 339. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 53. Murat. 167, 4. Misit mihi etiam Troyon, V. C.

1) Id est, *LVCCONIi.* 2) Est *PRAEFecto ARCENDis LATROciniis*, munus vix alibi memoratum. 3) *PRAEFECTo PRO DVVMVIRo*, loco duumviri. Hoc quoque rarissimum ac perquam memorabile.

116.

D. M
L. AVR. RESPECTO IVVENI
ERVDITO CAVSIDICO
BIS 1) CIVI VALENSE 2)
ET EQVESTRE DEFVNC
TO ANNOR. XVIII
FILIO PIENTISSIMO
L. AVREL. RESPECTVS
PATER. PONENDVM
CVRAVIT

Reperta in vico Versoix, nunc Genevae. Grut. 652, 4. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 310., cui typum dedi, quia accuratior quam ceteri videbatur. Hagenbuch *Mss.* II. p. 117.

1) Dubium, utrum iungendum sit *CAVSIDICO BIS*, id est, qui, etsi adolescentulus duodeviginti dumtaxat annorum, bis iam causas civiles egerat; an *BIS CIVI* pro *Civi et Vallensi et Equestri:* hoc quidem praeferebat Hagenbuchius; sed, cum consuetudini Latinae repugnare videatur, in illud equidem ego propendeo

2) Al. *VALLENSE*, al. *VALINSAE* (Grut.) Cogitandum de Foro Claudio Vallensium sive Octoduro. Ceterum nota terminationes in *E*.

117.

D. IVL. L. F. VOL.[1] RIPANO
CAPITONI BASSIANO
EQ. PVBLICO HONORATO
PRAEFECTO FABRVM
TRIB.[2] MIL. COH. I. GAL[3]
L. IVL. BROCCHVS
VALER.[4] BASSVS

Novioduni. Cum varietate aliqua apud Grut. 425, 6. Spon *Misc.* p. 258. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 27.

1) *VOLtinia tribu.* 2) Sic Tschudius et Guillimannus. Alii male *TRIBVNVS.* 3) *GALlorum.* 4) *VALERianus*, non *VALERius*, ut alii volebant.

118.

. . . NIE PRIMVS
E CENA. OVIL[1] IIII
E CENAM BIL
ERIEM . . . .

Novioduni. Tschudi *Mss.* p. 127. Plantinus p. 240. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 51. Fragmentum misere corruptum.

1) Fortasse *CENACVLA.* Cfr. Inscrr. m. L. NN. 4323. et 4324.

119.

P. SAEDIVS HOSPES[1]
SEX. IVL. PHILARGVRVS[2]

Novioduni. Maffeii *Mus. Veron.* p. 420, 4. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 65.

1) H. l. nomen proprium. 2) Sic, non per *Y*.

SELIGNY inter *Coppet* et *Nyon.*

120.

D. M
CORNELI
BILCAISIONIS[1]
FIL

PVBLICIA
PERPETVA
CONIVGIS
INCOMPARABILIS

Grut. 775, 6. Spon *Hist. de Gen.* II. p. 341.

1) Nota patris nomen Gallicum, filii iam Romanum; sic una aetas post alteram sensim ex Gallica Romana in omnibus facta est.

D. Lapides inde a Novioduno vicum versus, cui nomen est *St. Tryphon*, inde Septentrionem versus usque ad Eburodunum atque Noidenolicem reperti, excepto Aventico.

PRANGINS prope Noviodunum.

121.

C. IVL. C. F. VOLT
SEDATO [1]
II VIRO ITERVM
FLAM. [2] AVG.
L. IVL. CAPITO AMICO
OPTIMO

Grut. 424, 11. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 85.

1) Sic *ἀπόγραφον* Ritterianum apud Hagenbuch. Gruterus: *SEMATO.* 2) *FLAMINI* Gruterus.

BEGNINS prope Noviodunum.

122.

. . . RA . .
P. LIG . . . .
. . C. GALI
C . . .
. . . LON . . . .
. . . . . .

Levade p. 42., qui supplet: *Imperat. P. Licinio Valeriano Licinio Gallieno et Corneliae Saloninae.*

In alveo DULIVAE fluminis inter Noviodunum et *Rolle.*

123.

. . . R
. . . VS
. . . . . .

COS. III. S . . . IS PON
TES ET VIAS VETVST
CONLABS. REST
COL. EQV. M. P. VII

Haller I. p. 200. Levade p. 112. principium sic exhibet:

SEPT . . .
SEVER . . .
NOBILISSIMVS PON
TES cet.

VINCI.

124.

I. O. M
IVLIA PV
SINNA
FLAM. AVG [1]
V. S. L. M

Murat. 1991, 6. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 99. Bochat II. p. 444. Haller II. p. 349.

1) *FLAMinica AVGustalis* vel *AVGusti*, flaminatus admodum memorabilis, ut Grut. 459, 9.

AUBONNE.

125.

IMP . . . . . .
M. ANTONI . . .
GORDIAN . . .
PII FELIC . . .
PONTIF. MA . . .
POTS IIII. CO . .
VIA ET PONT . . .
TVST . . COL . . .
ALPON

E Mss. Ottiano Hagenbuch *Mss.* I. p. 140., qui ita restituere conatus est:

IMP. CAESARI
M. ANTONINO
GORDIANO
PIO. FELICI. AVG
PONTIFICI MAX. TR

POTEST. IIII. COS. II. P. P
VIAS. ET. PONTES
VETVSTATE. COLLAPS
RESTIT. AB. ALPONA
M. P. I.

quorum tamen supplementorum constructio grammatica haud bene procedit. Longe quidem simplicius esset, quod Io. Christophoro Iselio in mentem venit: — — *OB VIAS ET PONTES RESTITVTOS* vel *VIA ET PONTIBVS RESTITVTIS COLONIA ALPONENSIS*, dummodo de hac colonia aliunde constaret. Sed vide typum in nonnullis multo accuratiorem Bochati III. p. 619. et ridebis de Alponensi colonia:

IMP. CAES
M. ANTONI
GORDIAN
PIV FELIC
PONT. MAX
POIS IIII. COS
VIA ET PON
TVS
COLLI
M P X N C

omnia sic), quae Bochat ita legit: *IMP. CAES. M. ANTONINVS GORDIANVS PIVS FELIX PONT. MAX. (TRIB.) POTESTATIS. COS. II.* [1]) *VIAS ET PONTES VETVSTATE COLLAPSOS RESTITVIT. M. P. XII.* (Sic etiam Levade p. 185. Reperta est in vico Lavigny.)

1) A. post Chr. 241.

Inter BIÈRE et AUBONNE.

126.

CAESIA VEGE
TA APOLLIN[I]
V. V. [1]) S. L. M

Levade p. 18. Misit mihi etiam Troyon, V. C.

1) *V. V.*, id est, *Vota*, id quod in hac formula rarissimum est. At quidni plura vota repetita se solvisse dicere poterat Caesia?

ST.-PREX prope *Morges*.

127.

M. AVR . . . .
. . . . . .

. . . . . .
PIVS. FEL . . . M MAX. BRIT
MAX. PONT. MAX. TRIB. POT. XVI
IMP. II. COS. IIII. PROCOS
FORTISSIMVS. INVICTISSIMVS. Q
. . . . [3] PACATOR
VIAS ET PONTES VETVSTATE
COLLABS. RESTIT
. . . . . .

Haller I. p. 209. Levade p. 52.

1) Caracalla. 2) A. post Chr. 213. 3) Supple *AVGVSTVS. ORBIS.* Levade post *Q.* habet *M. AVG. INVictus.*

VIDY prope Lousonnam.

128.

SOLI. GENIO. [1] LVNAE
SACRVM. EX. VOTO
PRO SALVTE AVG^VS
TORVM. [2] P. CLOD. COR^N [3]
PRIMVS. [4] CVRAT^OR VIKA
NOR. [5] LOVSONNENSIVM II [6]
IIIIII VIR AVGVSTAL. C. C. R [7]
CONVENTVS. HEL. [8] D. S. D [9] *(folii imago.)*

Murat. 1054, 1. et 2053, 6. Hagenbuch *Mss.* III. p. 111. Bochat I. p. 537. Haller I. p. 181. Misit mihi etiam Troyon, V. C.

1) Videtur significari *Genius loci* vel etiam *vici Lousonnensis.* 2) M. Aurelii et L. Veri, ex incerta Bochatii coniectura. Pulcherrimae utique sunt litterae, illa aetate dignae. 3) *CORNelia* tribu. 4) *PRIMVS* nomen est proprium, iungendum cum vv. *P. CLODius.* 5) Nota Lousonnam vicum appellari, ut Genevam et Eburodunum. 6) Iunge *CVRATOR iterum.* 7) *Censitor Civium Romanorum.* 8) *HELvetici.* 9) *De Suo Dedicavit* vel *Dedit.*

129.

IN HONOREM D . . . [1]
DEO APOLLINI CA . . .
BELA IVLII CONIVX
NIS [2] VIRI SVI. V. S. M

Nunc Lousonnae. Bochat III. p. 544. Haller II. p. 220. Levade p. 344.

1) Supple: *Domus divinae.* 2) *TIS* Levade.

130.

C. IVLIVS TOCCAE [1]
F. RVFVS. A. Q. M [2]

Reperta a. 1804. Levade p. 345.

1) Nota rursus patris nomen Gallicum, Romanum filii. 2) *AQuarum Magister* parum probabiliter explicat Levade. Quid significent hae notae, me fugit.

131.

FOR. [1] BEL

In ansa urnae fictilis, ibidem repertae.

1) *FORma.*

MALEY prope Lousonnam.

132.

BANIRA ET DONINDAI [1]
DAEDALVS. ET. TATO. ICARI. FIL
II. SVLFIS [2] SVIS QVI CVRAM
VESTRAAGVNT. [3] IDEN [4]
CAPPO. ICARI. F

Teste Levadio p. 173. reperta est a. 1719.; nunc asservatur in Museo antiquitatum Lousonnensi. Primus edidit Montefalconius in T. II. *Supplément. Antiqq.* p. 236., postea bis Muratorius 1443, 4. et 1987, 2. Dom Martin *de la religion des Gaulois* L. 4. p. 173. Hagenbuch *Mss.* III. p. 289. Levade l. l. Misit mihi etiam Troyon, V. C. Tam mira haec inscriptio est et propter nominum Gallicorum et Graecorum mythologicorum mixturam et propter numina Gallica *SVLFIS SVIS*, ut subditicia nonnullis visa sit. Verum quotidie Lousonnae visitur neque ipsi testes oculati suspecti quidquam in ea animadverterunt.

1) *DONINDAIi* tres, Daedalus, Tato, Cappo, Icari filii. 2) Nisi soloecismus inest in pr. *QVI*, aliter fieri nequit, quam ut cum Furlanetto in Forcellini *Thes.* ducamus a voc. *Sulfi, orum;* Genii autem videntur mares similes Sulevis, Suleviabus, Matribus, Matronis a Gallicis populis cultis. Cfr. Inscrr. m. Lat. N. 2099 — 2101. Ibid. N. 2074. seqq. et 2077. seqq. Comparare licet etiam quas *Elfen* vocamus. 3) Sic. 4) Sic pro *ITEM.*

133.

DEO SILVANO
L. SPER. [1] VRSVLVS
BENEF. [2] LEG. XII

Reperta a. 1777. in oppido Vevey, nunc Lousonnae. Haller I. p. 25. Levade p. 333. Misit etiam Troyon, V. C.

1) Pro *L. SPER.* Haller perperam *ESPER.* 2) *BENEFiciarius.*

134.

LIBERO PATRI
COCLIENSI [1]
P. SEVERIVS [2]
LVCANVS
V. S. L. M

Mercure Suisse. Sept. 1745. p. 284. Hagenbuch *Mss.* I. p. 87. Haller I. p. 87.

1) Referunt ad vicum *Cully entre Lausanne et Vevey*; dummodo non sit titulus commenticius. Certe Troyon hunc non vidit. 2) *SEVERVS* Haller.

135.

. . . . . .
. . . IS
. . . N [1]
C. F

Prope Lousonnam hoc miserum fragmentum nuper repperit Troyon, V. C.

1) Ex eius typo legi posset etiam *NI* per monogramma.

PAUDEX prope Lousonnam.

136.

IMP
. AES T AELI
ANTO . . N AVG
PIO P. M TR P
COS III [1] PP
AVENT M P
XXXVIII

Haller I. p. 176. Levade p. 173. Misit mihi etiam Troyon, V. C.

1) Explica: *TRIB. POT. III. COS. III.* a. post Chr. 140.

GLEROLLES, nunc in vico ST.-SAPHORIN prope VIBISCUM *(Vevey)*.

137.

TI. CLAVDIVS. DRVSI F
CAESAR. AVG. GERM
PONT. MAX. TRIB. POT. VII
IMP. XII. [1] P. P. COS. IIII

F. C. A [2]
XXXVII

Reines. Class. XI. 5. p. 250, Spon *Hist. de Gen.* II. p. 338. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 143. Misit mihi etiam Gaudin, V. C.

1) Sic Gaudin. In apographo Bavieriano apud Hagenbuchium: *IMP. XIII.* Uterque autem numerus locum habet a. post Chr. 48. Vide Eckhel *D. N.* VI. p. 241. 2) Sic Bavierius et Gaudin; alii tantum *F. A.* Neque vero cum Levadio p. 284. explicari potest: *FORVM CLAVDII AVENTICVM.* Cfr. mox N. 139.

138.

FORTVN. REDVCI
L. FL. [1] POTITIANVS
V. S. L. M

Reperta a. 1818. *Schweizerischer Geschichtsforscher* III. p. 217. Levade p. 285.

1) *FLavius.* Sic Levade et Gaudin. In Diario illo est *L. F. L.*

PENNILUCI, id est, *Villeneuve.*

139.

D. D. N. N. CONSTANT
ET MAXIMI° [1] INVICT. PRCI [2]
MAXIMINO [3]
NOBILISSIMIS CAESS
F. C. A. [4] M. XXVI

Haller I. p. 281. Levade p. 347. Misit mihi etiam Gaudin, V. C.

1) *CONSTANTio ET MAXIMIanO.* Gaudin hic habet dumtaxat *MAXIMI.* 2) *PRinCIpibus.* 3) Galerius Valerius Maximinus Caesar appellatus est a. post Chr. 305. 4) Sic Haller et Gaudin αὐτόπτης, ut in N. 137., id quod aliter explicare nequeo nisi *FORVM CLAVDII AVGVSTVM*, quod ἐπίθετον aliquando assumpserit Forum Claudii Vallensium. Levade quidem *F. C. V.*, quod sane *Forum Claudii Vallensium* significaret. Sed Gaudin disertis verbis mihi scripsit, legi *A*, non *V.*

140.

VICTORIA . .
AVG [1]
. . . NITIO GENNAE [2]
TVLLIA
. . . NTI . . . .

Guichenon *Histoire de Savoye* I. p. 42. Murat. 91, 10. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 77. Misit etiam Gaudin V. C.

1) *VICTORIAe AVGustae.* Gaudin non habet nisi *VICTORI.* 2) Haec videntur corrupta. Levade p. 424. proponit *ANITIO*, etsi ipse probe gnarus gentem illustrem fuisse *ANICIAM.* Contra nullus reperitur *ANITIVS* apud Gruterum. Ceterum Gaudin *GENNA.*

MURAZ prope Villeneuve.

141.

MERCVRI [1]

1) Hic est hominis nomen proprium, ut aliquoties in Inscriptionibus.

142.

HERMINALIS

In duabus trullis aereis. Levade p. 214.

OLLON.

143.

IMP. CAES . . . VA . . .
. . . ICINIANO. LICINIO [1]
P. F. INVICTO AVG
F. C. VALL. OCT [2]
M. P. XVII

Haller I. p. 279. Levade p. 228.

1) Licinius Augustus appellatus est a. post Chr. 307. 2) *Forum Claudii VALLensium OCTodurum*, quoniam accusativus in miliariis requiritur. Nominativus est *Octodurus.*

ST.-TRYPHON.

144.

. . . . CAESAR . . .
. . . . MANICO
. . AXIMO
. . OTESTAT . . .
. . . III
A I

Haller I. p. 67. Levade p. 314., qui ad Caligulam refert. Res est incertissima.

MINNODUNI *(Moudon).*

145.

PRO SALVTE DOMVS DIVIN
I. O. M. IVNON. REGIN
ARAM. Q. AELIVS. AV . . NVS [1]) IIIIII. V. AVG.
DE SVO. ITEM. DONAVIT. [2]) VICAN
MINNODVNENS. –X. [3]) DCCL. EX
QVORVM. VSSVR. [4]) GYMNA
SIVM. INDERCI. TEMPOR [5])
PER. TRIDVM. [6]) EISDEM
VICAN. DEDIT. IN. AEVM [7])
QVOD SI IN ALIOS VSSVS [8])
TRANFERR. VOLVERINT
HANC. PECVN. INCOL. [9]) COL. AVEN
TICENSIVM. DARI. VOLO
L. D. D. V. M [10])

Reperta a. 1732. Murat. 1102, 5. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 6. a Ruchato. Ritter *Pl.* V. Haller II. p. 239. Levade p. 209. Misit mihi etiam Troyon, V. C.

1) *AViaNVS* vel *AVieNVS.* 2) *DONAVD* Haller et Levade, sed lapis, ut nos. 3) *Denarios.* 4) Sic. 5) *INTERCIsis TEMPORibus.* — «Saepe in Lapp. et Mss. *D.* pro *T.*» (v. c. etiam in Palimpsesto Taurinensi Milonianae *AD* pro *AT:*) »cfr. Macrob. Sat. 1, 16. His ludis gymnasticis, intercisis temporibus Minnoduni celebrandis, opponuntur spectacula, quae *PER QVATRIDVVM SINE INTERMISSIONE EDIDERVNT.* Murat. *Proleg.* p. 10.» Hagenb. Aliter Maffeius *Mus. Veron.* p. 413.: „*DERCI* sive *INDERCI* tempus ἐπιχώριον putavi plurium dierum sollemne, vel statum aliquod anni tempus, cui a nativa regionis dialecto istuc nominis adhaeserit.« 6) Sic. 7) Sic *VM* per monogramma, fere ut *W*, item infra *VN* voc. *PECVN.* et *VM* in voc. *AVENTICENSIVM.* 8) Sic. 9) *INCOLis.* Haller: *INC.* Sed lapis, ut nos. 10) *Locus Datus Decreto Vicanorum Minnodunensium.* Inter singulas has litteras est folium.

CHAVORNAY prope *Orbe.*

146.

IM . . ⟍ CAES. L. SEP
TIMIO SEVERO PERTI
NAC. AVG. ARMEN -
ADIABENIC. PARTHI
C. MAXIM. P. P. COS. III
SEV . . . CAES . . . . .
. . . . . .

Hagenbuch *Mss.* IV. p. 34. a Ruchato. Haller I. p. 192. Levade p. 73. eandem sic exhibet:

IMP. CAES. L. SEP
TIMIO SEVERO PERTI
NACI. AVG. ARAB
ADIABENICO. PARTHI
CO. MAXIMO. P. P. COS. III
SEPTIMIO GETAE CAES
COS. II [1])

1) A. post Chr. 208., si supplcmentum verum est. Getae tamen nomen consulto videtur esse erasum.

CORNANT prope *La – Sarraz.*

147.

D. M
IVL DECVMIN
ET POMPEIE
REGINAE. IVL
VALERIANVS
P. E. [1]) C

Bochat III. p. 625. Haller I. p. 342. Levade p. 96.

1) Fortasse *F*, ut sit: *Pater Faciundum Curavit.*

ENTREROCHE prope *La – Sarraz.*

148.

IMP
CAES. TRAIANO [1])
HADRIANO
AVG. P. M. TRIB. POT. COS. III. [2]) P. P
AVENTICVM
M. P. XXXXI

Dedi typum Bimardianum apud Murat. 1030, 6.

1) Reines. Class. II. 8. p. 252. e Plantino p. 253: *TR. P. AILIO*, quod ille ex coniectura emendavit: *CAESARI. P. AILIO*, contra Spon *Misc.* p. 377: *TIT. AELIO.* De Hadriani praenomine vide Fabrett. p. 346.
2) Explica *TRIB. POT. III.* et *COS.* item *III.* a. post Chr. 119. Cfr. Bochat I. p. 500. et Levade p. 116.

PAYERNE. *(Peterlingen.)*

149.

IOVI. O. M
GENIO LOCI

FORTVNAE
REDVCI. D. AP
PIVS. AVGVS
TVS [1]) DEDICA . . .

Grut. 8, 4. et 78, 5. Schoepflin *Alsat.* I. p. 472. Pocock. p. 79. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 71. Misit mihi etiam Troyon, V. C.

1) Sic in ipso saxo legerunt Hagenbuchius et Troyon *αὐτόπται*; reperitur alibi quoque, v. c. *L. IVLIVS AVGVSTVS* Grut. 980, 3. Gori *Etr.* I. p. 327, 67.

EBURODUNI. *(Yverdun.)*

150.

C. FLAVIO CAMILLO
II. VIR. COL. HEL. [1]) FLAMINI
AVGVSTI [2])
QVEM ORDO [3]) PATRONVM
CIVITATIS COOPTAVIT EIQ
OB MERITA EIVS ERGA REM
PVBLICAM SCHOLAM [4]) ET STATVAS DECREVIT
VICANI
EBVRODVNENSES
AMICO ET PATRONO

Ineditas habueram hanc et sequentes nuper (ante a. 1825.) repertas ab Eduardo Bibero. Postea editae sunt in diario historico *Schweizerischer Geschichtsforscher* VI. Fasc. I. Bernae 1826. cum interpretatione, ni fallor, Halleri.

1) *COLoniae HELveticae* Aventici. 2) Alibi hi nominantur *Flamines Augustales.* 3) *ORDO* Decurionum Eburodunensium. 4) Per *SCHOLAM* hac significatione intellige porticum, in qua conveniebant vicani otiosi, *λέσχην*, *casino.*

151.

IVLIAE C IVLI C^A^MIL [1])
LI FILIAE FESTILL^A^E
PRIMAE AVG [2])
FLAMINIC^A^E VIC^I^NAE [3])
OPTIMAE OB EGREG^I^A
MERITA
VIKAN EB^V^R^O^DVN

1) *MI* per monogramma, ut *LL* in nomine *FESTILLAE.* 2) Sic multo minoribus, quam in ceteris, litteris. Explicaveram *FLAMINICAE PRIMAE AVGusti.* Iam in Troyonii *αὐτόπτου* apographo est *PRIMI AVG*, id quod si verum est, retrahendum erit ad patrem: *Flaminis PRIMI AVGusti.* 3) Sic eam nominant vicani Eburodunenses, quia Iulia Festilla fuit civis Aventicensis, uti constat ex alia Inscr. infra N. 169.

152.

MARTI
AVG
C. SENTIVS DI^A^D^V^
MEN^V^S MEDIC^V^S
VSLM

Misit mihi etiam Troyon, V. C. Inscriptiones Eburodunenses passim habent litteras implicatas sive monogrammata, quae typis nostris imitari non potuimus.

153.

MERCVRIO
APOLLINI
MINERVAE
TOGIRIX METIATI [1]
V S L M

Misit mihi etiam Troyon, V. C.

1) Sic mihi legendae videntur huius nominis litterae ligatae. Nota nomina Gallica.

154.

SVGEVLO [1]
I^V^P^I^DCO [2]
V. S. L. M

Misit mihi idem. Est titulus nondum antea editus.

1) Nota numen Gallicum. 2) Nonnullae huius nominis litterae propemodum evanuerunt, adeo, ut eas praestare non possim.

155.

A sinistra:

MERC. AVG
P. SILANIVS. CANDIDVS
NOMINE SVO ET
M SILANI SABINI
ET T. SILVI SIMILIS
FRATRVM S*u*OR*u*M
EX ⊦S $\overline{N}$ $\overline{IIII}$. I. P. I . . [1]
M DOMITIVS MAGNVS
HEES PONEND. CVRAVIT
ET EO AMPLIVS. DE SVO
ADIECIT ⊦S $\overline{N}$ ∞ CCCC

A dextra:

DONA VENIBVNT
AD ORNAMENTA EIVS
ET EX. STIPIBVS
PONENTVR

Misit mihi etiam Troyon, V. C.

1) Sic est in huius typo; in Halleriano autem: *VI P*, quas litteras Io. Labus, V. C., a me consultus ita explicabat: *VI (sex) Pondo*, conferre iubens Grut. 174, 7. Murat. 1470, 5. Ita librarum sex pondo debebat esse Mercurii simulacrum in hac basi collocatum. Nunc tota res fit incerta.

156.

VICTORIAE
IVSIVALLo [1]
V S L M

Misit mihi etiam Troyon, V. C.

1) Sic Troyon, ut unum sit nomen Gallicum *Iusivallo*. Verum Hallerus: *IVS I. VALLo*, quod explicabat *VICTORIAE IVStae*, ut legitur in nonnullis Pescennii Nigri et Septimii Severi nummis; vide Eckhel *D. N.* VII. p. 156. et p. 170. Sed in Inscriptionibus hoc ἐπίθετον inauditum est.

157.

. . . . . .
. . . . O
. . SIIS IX ⊦⊦S N̄ III C
. . . . N IVLIVS HERES
PONEND. CVRAVIT
. . . . ADIECTIS

158.

. . . . . .
. . . . II DIDIC . .
⊦⊦S N̄ CC AD . . . .

Haec duo fragmenta habui a Bibero.

159.

IMP. CAES
L. SEPT. SEVERO I
PERT. [1] AVG. ARABA [2]
PARTHIC MAX PP . . [3]
ET IMP CAES M. AVR
ANTONINO PIO FEL [4]
COS . . . . . [5]
AVENTICE ⟍ [6]
XXI

Reperta in vico Treycovagnes prope Eburodunum, ubi nunc asservatur. Habet Reinesius Class. III. 33. p. 312. Dederam typum Hagenbuchii *αὐτόπτου Mss.* II. p. 337. nunc do alium Troyonii, item *αὐτόπτου*, cum illius varietate.

1) *SEVERO PERT.* Hagenb. In Troyonii *I* latere sane videtur *P*, *Pio.* 2) Explica: *ARABico. Adiabenico.* 3) *Patri Patriae;* Hagenbuch simpliciter *P. P* cum puncto interposito, sed Troyon post *P P* sine puncto vidit litteram evanidam, quam sic significavit, ut videatur *C.* 4) Sic in duplici monogrammate non aliter explicando Troyon; verum Hagenbuch sibi legere visus est *TPOTE. I*, explicavitque *TRIB POTEST. I.*, quae refertur ad a. post Chr. 198. 5) Post *COS.* Troyon posuit litteras evanidas fere huiusmodi: *IOSICIOC*^{V}; ille contra: *COS. I*, praeterea nihil. 6) Sic Troyon, post *E* lineola obliqua; at ille: *AVENTIC*. ⅃E (iunctim per monogramma) explicans *AVENTICum (H)ELvetiorum.* Cfr. de hac inscriptione aliter item exscripta a Scheuchzero *Itin. Alp.* p. 499. etiam C. B. Hase ad Ioannem Lydum *de Ostentis* p. 336., qui legit *AVENTICENSES*, quocum tamen minus congruit numerus *XXI. (M. PASS.)*

YVONENS prope Eburodunum.

160.

. . . . . CATONI . . . .

Haller II. p. 323.

MONTILLIER prope *Morat* sive *Murten.*

161.

D. M
T. NIGRI
SATVRNIN
SATVRNINA [1]
GANNICA [2]
LIBERTA ET
CONIVNX
F. C

Grut. 948, 4. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 23. Levade p. 33.

1) Uxor idem nomen habet cum marito, quia fuit eius liberta. 2) Nota nomen Gallicum.

162.

D. M
HIBERNIA L [1]
VALENTINA

Grut. 873, 6. et 913, 15. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 25. Levade Ibid. — Utraque nunc asservatur Aventici.

1) *HIBERNIAL* iunctim Levade.

NOIDENOLEX. *(Neuchâtel.)*

163.

IOVI
ET DIIS PENATIBVS
PVBLIVS[1] MARTIVS MILES VETERANVS LEG. XXI
CIVIVM NOIDENOLICIS CVRATOR. DVVMVIR
DESIGNATVS. D. S. D[2]

Sinner *Voyage littéraire* I. p. 169. Haller II. p. 291.

1) Nota praenomen omnibus litteris scriptum. 2) *De Suo Dedit.*

164.

Ibidem in urna fictili:

. . . . S. IMP. QVINTIL. SEVIR AVG[1]

1) *AVGustalis.*

165.

IMPERATORI CAESARI
ALEXANDRO SEVERO AVGVSTO
PONTIFICI MAXIMO
TRIBVNIT. POTESTAT. CONSVLI II
FELICITATIS PVBLICAE RESTAVRATORI
PATRI PATRIAE
NOIDENOLEX

Sinner *Voyage* I. p. 173. Haller I. p. 281. Noidenolice exstitisse perhibetur ad finem Sec. XVII. Mihi quidem est suspectissima, cum propter omissa nomina *M. AVR.* ante *ALEXANDRO SEVERO*, tum propter complura vocabula, velut ipsum *CONSVLI* et *PATRI PATRIAE*, omnibus litteris scripta, quae alibi notis significantur *COS.*, *P. P.* cet., tum propter *quintum* post *TRIBVNIT. POTESTAT.* omissum; tum denique propter nomen *NOIDENOLEX* nude sic positum pro *DECVRIONVM NOIDENOLICENSIVM DECRETO*, vel simili aliqua formula.

166.

NARIAE[1]
NOVSAN
TIAE
T. FRONTINIVS
HIBERNVS
V S L M

Reperta est in oppido *Neuveville* ad lacum Biennensem. Inscrr. m. Lat. N. 5031. ex *Nouvelliste Vaudois*, 16 *Décemb.* 1838; sed typum longe accuratiorem mihi misit Matil, V. C. — In alio typo mecum communicato est *FRONTIN*, non *FRONTINIVS.*

1) Cfr. infra Inscriptionem Murensem, eidem deae Gallicae antea ignotae positam.

167.

MARTI
SACRVN [1]
T. FRONTINIVS
GENIALIS
V. S. L. M

Inscrr. m. Lat. N. 5032. ex *Nouvelliste Vaudois* l. l. Utraque ibi dicitur reperta in castello *Landeron* prope Noidenolicem; Matil prope *Cressier.*

1) Sic est in Diario illo.

168.

G . . . . S . T
AG. RO . . . .
. . . . . L . F
TL . . . . E

Sinner I. p. 170. Haller II. p. 292. — Vide etiam Millin *sur l'ancienne ville de Noidenolex. Magasin encyclop.* 1809. III. p. 241., qui tamen, quae habet, omnia Bochato et Sinnero videtur debere.

E. AVENTICVM.

a) Quae ad res Helveticas, Aventici nomen, ac rem municipalem pertinent:

169.

C. VALER. C. F. FAB. [1] CA
MILLO. QVOI [2] PVBLICE FVNVS. HAEDVORVM [3]
CIVITAS ET HELVET. [4] DECRE
VERVNT. ET. CIVITAS HELVET
QVA PAGATIM QVA PVBLICE
STATVAS DECREVIT
IVLIA C. IVL. CAMILLI F. FESTILLA
EX TESTAMENTO

Aventici reperta a. 1809. Haller I. p. 69. Levade p. 31.

1) *FABIA* tribu. 2) Nota formam antiquiorem. 3) Nota scripturam per aspirationem. 4) *HELVETiorum*, non *HELVETia*, ut nonnulli voluerunt.

170.

DOMNAE [1] AVG
MATRI CASTROR
HEL. [2] PVBLICE

Haller II. p. 253. Levade p. 27.

1) *Iuliae DOMNAE*, Septimii Severi coniugi. 2) *HELV.* Levade. Explica: *HELvetii.*

171.

DONATO
CAESARIS AV [1]
SALVIANO
EXACTOR [2]
TRIBVTORVM IN HEL . . [3]
COMMVNIS [4] VICARIVS [5]

Grut. 593, 9. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 215. Levade p. 27.

1) *AVgusti Liberto;* nam servo munus exactoris tributorum committi vix poterat, duplexque nomen demonstrat illum libertinae condicionis fuisse. 2) *EXACTORi.* 3) *HELvetia.* 4) Nomen proprium, ut Grut. 873, 3. Spon *Misc.* p. 332. Murat. 874, 6. 5) *VICARIVS* Donati fuerat, cum hic nondum esset manumissus. Servorum autem vicarii et vicariae haud raro in Inscriptionibus memorantur.

172.

. IVL. [1] C. F. FAB. CAMILLO
. AC. AVG. MAG. [2] TRIB. MIL
. EG. IIII. MACED. HAST. PVRA [3]
. T. CORONA. AVREA DONATO
. TI. [4] CLAVDIO CAESARE AVG
. IER [5] CVM AB EO EVOCATVS
. N [6] BRITANNIA MILITASSET
. OL. [7] PIA FLAVIA CONSTANS
EMERITA HELVETIOR
EX. D. D

Murat. 1102, 6. minus accurate. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 245. *αὐτόπτης.* Haller I. p. 144.

1) *C. IVLio.* 2) *SACerdotum AVGustalium MAGistro*, vel *SACerdoti AVGustalium MAGistro.* 3) Id est, sine cuspide, honoris insigne militare. 4) Supple *A TI.* 5) *ITERum.* 6) *iN.* 7) *COL.* Haec igitur erant Aventici nomina honoraria.

173.

A.	*B.*
. . . . .	. . . . .
LEGATO	
IMP. CAES. NERVAE	AVG. GERM. LEG. XVI
FLAVIAE. FIRMAE E	T LEGATO IMP. NERVAE
TRAIANI CAESARI	S AVG GERMAN DACICI
LEG. VI FIRMAE SOD	ALI FLAVIALI PRAETORI
AERARI. MILITARIS	LEGATO IMP. NERVAE
TRAIANI CAESARIS	AVG GERMANICI DACICI
PROVINCIAE LVGDY	NENSIS CONSVLI LEGATO
IMP. NERVAE TRAIANI	CAESARIS AVG. GERMANICI
DACICI AD CEN	SVS ACCIPIENDOS
COLONIA PIA FLAVI	A CONSTANS EMERITA
AVENTICVM HELVETIORVM	FOEDERATA
PATR	ONO

Grut. 427, 12. Hagenbuch *Mss.* I. p. 171. Alteram dimidiam partem etiamnunc superstitem et a nobis littera *B* insignitam exscripsit ipse Hagenbuch, misitque mihi etiam Troyon, V. C. Levade p. 26. iungit cum hac fragmentum infra allatum: *CAIO LAELIO*; sed Nervae et Traiani temporibus nullus C. Laelius inter Consules reperitur: nisi fuerit Consul suffectus anni incerti, adhuc ignotus. Omnino autem post a. u. c. 747. Varr. gens *LAELIA* in Fastis non iam comparet.

174.

IN HONOREM DOMVS DIVINAE
NAVTAE ARVRANCI [1] . . ARAMICI [2]
SCHOLAM [3] DE SVO INSTRVXERVNT
L. D. D. D [4]

Reperta in amphitheatro Aventicensi a. 1804. Levade p. 32. Haller II. p. 250.

1) *REG. ARVRE* est in Inscriptione Murensi, quam infra dabimus. 2) Ante hoc voc. supple *ET*. 3) λέσχην, *casino*, *bourse*, porticum, ubi negotia sua tractare sermonesque caedere poterant. 4) *Locus Datus Decurionum Decreto.*

175.

GENIO
PAGI TIGOR [2]
P. GRACCIVS [2]
PATERNVS CVR. COL. [3] ET
SCRIBONIA

LVCANA
V. FEC [4])

Grut. 111, 4. Plantinus p. 266. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 251. *αὐτόπτης*. Haller II. p. 110. — Ut Turicensibus gratificaretur, fraudulentus homo nescio quis columnam cum eadem plane inscriptione Klotae in pago Turicensi sive, ut olim dicebant, Tigurino a. 1601. erutam esse finxit multosque decepit.

1) Nota hanc scripturam *TIGORini*, non *Tigurini*. 2) *GRAGGIVS* Haller. 3) *CVRator COLoniae*. 4) Pro *Vivi FECerunt* Gruterus habet *T. P. I.*, *Testamento Poni Iusserunt*.

176.

NVMINIBVS AVG
ET GENIO COL. HEL
APOLLINI [1]) SACR
Q. POSTVM. HYGINVS
ET POSTVM. HERMES LIB
MEDICIS ET PROFESSORIB
D. S. D [2])

Grut. 38, 14. Sed accuratius atque plenius exscripta est ab Hagenbuchio *Mss.* I. p. 179. Misit etiam Troyon, V. C. — Consule Hallerum I. p. 164.

1) Per adulationem in Imperatorem primo loco ponuntur *NVMINA AVGVSTA*, per studium municipale sequitur *GENIVS COLoniae HELvetiorum*, postremo honoratur medicinae *Deus*. 2) *De Suo Dederunt* vel *Dedicaverunt*.

177.

DEAE AVENTIAE
ET. GEN. INCOLAR
T. IANVARIVS
FLORINVS [1])
ET P. DOMITIVS
DIDYMVS
CVRATORES COL
EX STIPE ANNVA
ADIECTIS DE SVO
Ω
HS N I D [2])

Grut. 110, 2. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 191. Donati p. 58, 8. Morcelli *de Stylo Inscriptt.* I. p. 49.

1) *FLORIANVS* Schmidt. 2) *Sestertium Numero mille quingentis*. HAGENBUCH.

178.

DEAE AVENT
T. TERTIVS
CVR. COLON [1]
IDEMQVE. ALL [2]
CVI INCOLAE
AVENTICENS
PRIM. OMNIVM
OB EIVS ERGA
SE MERITA
TABVLAM. ARG
P. L [3]
POSVER
DONVM D. S. P [4]
EX HS V̄ CC. [5] L D
[D. D.] [6]

Grut. 110, 3. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 207. Schmidt p. 13.

1) *CVRator COLONiae.* 2) *ALLector* Hagenbuch melius quam Schmidt: *ALLectus.* Cfr. Grut. 83, 4. 245, 7. 375, 3. 471, 9.: *ALLECTOR GALLIAE;* eius munus *ALLECIVRA* Grut. 375, 2. 3) *ARgenteam Pondo quinquaginta.* 4) *De Sua Pecunia.* 5) *Ex Sestertiis* 5200. 6) Hagenbuch αὐτόπτης non vidit nisi *L. D.* idque explicat: *Sestert.* 5250. *Dederunt.* Quodsi vera est Gruteriana lectio, quam equidem praefero, notissima illa est formula: *Locus Datus Decurionum Decreto.*

179.

DEAE AVENT
C. IVL. PRIMIT [1]
TRIVMVIR [2]
CVR. COL. I-E. F. A [3]
CVR. [4] IIIIII VIR
D D SV-H M P [5]
. II
L. D. D. D

Hagenbuch *Mss.* I. p. 230. Schmidt p. 12. Misit mihi etiam Troyon, V. C.; verum nunc adeo est evanida, ut nonnulli propter v. *IVL* subditicium illum Iuliae Alpinulae titulum in ea sibi repperisse visi sint; pro certo nihil legi potest nisi *AVEN* et *C. IVL. PRI.*

1) *PRIMITivus.* 2) Suspectum erat voc. *TRIVMVIR* Hagenbuchio. 3) Sic Schmidt: *COL. HElvet. Foederatae Aventici.* 4) Per mihi mirum accidit iteratum hoc *CVR.* Itaque videndum, ne in illis *TRIVMVIR CVR* lateat TRIVMVIR L. P. P., *Locis Publicis Persequendis*, ut est Inscr. m. Lat. N. 256. et 3840. 5) *Dedit De Sua Pecunia?*

180.

IVLIAE CENSORINAE
CA. IVL. C. AV [1]
. . . . . .
PATER [2]

Grut. 688, 7. Haller I. p. 13. Levade p. 27. Dedi typum Hagenbuchii *Mss.* IV. p. 195.

1) *Civis Aventicensis* vel *C. AVentici* suspicatur Hagenbuch, sed *CVR. AV* haud scio an ex interpolatione habet re vera Haller. 2) Ante *PATER* Levade inserit *PIVS.*

181.

D. M
L. CAMILLIVS [1]
FAVSTVS
IIIIII. VIR. AVG
VIVS [2] FECIT
IN ANNO LXX
VIXIT ANNIS LXXXXII

Grut. 384, 6. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 237. *αὐτόπτης.*

1) Supra habuimus *CAMILLOS.* 2) Sic pro *VIVVS* etiam Maff. *Mus. Veron.* 452, 9.

182.

D . . . .
OTACILLAE F . . .
VENTINAE V . . .
ORI OTACILL
IIIIII A . . . .
IPSA VIVA

Sic Hagenbuch, ut in plerisque his Aventicensibus, *αὐτόπτης Mss.* IV. p. 201. Grut. 446, 5. ubi ex parte integriorem sic dat:

OTACILIAE FA
VENTINAE VXSO
RI. M. OTACILIVS
IIIIII VIR. AVG . . .
BSA. [1] VIVA

1) Sic.

Levade autem sic p. 27.:

D. M
OTTACILIAE FA
VENTINAE VXO
RI. M. OTTACILIVS
IIIIII VIR. AVG
IPSA VIVA

183.

D. M
VALERIAE SECCAE
QVAE IVCVNDE
VIXIT ANNIS LXV
L. SEVERIVS
MARTIVS IIIIII VIR

Wagner *Mercur. Helv.* Ed. III. p. 202. Hagenbuch *Mss.* I. p. 207. (Levade p. 30.) — Non caret suspicione hic titulus, ubi conferas Bochat II. p. 494., ex quo post *VIR* adiungendum est *AVG. MARITVS F. C.* Quid? quod eadem mihi videtur cum seq. Fragmento; quod si verum est, falsarius aliquis mira illa: *QVAE IVCVNDE VIXIT* inseruerit, necesse est:

184.

. . . . . .
. . . . I . . . SIV . . . RI . .
MARTIVS IIIIII VIR
AVG. MARITVS
F. C

Hagenbuch *Mss.* IV. p. 261.

Subiungimus his Seviris Augustalibus duo sepulcralia, nomina dumtaxat continentia:

185.

. . . . . .
AELIAE MODESTINAE
QVAE VIXIT ANNIS II M VI
AELIVS CLADAEVS [1]) ET CANI
NIA MODESTINA PARENTES
FILIAE DVLCISSIMAE
POSVERVNT

Grut. 665, 1. Hagenbuch *Mss.* I. p. 199. Levade p. 27.

1) *GLADAEVS* Levade.

186.

D. M
SEVERIAE
MARTIOLAE
SEVER. MAR
CIANVS
FRATER
F. C

Grut. 852, 1. Tschudi *Mss.* p. 108. Hagenbuch *Mss.* I. p. 197. Nunc est deperdita.

b) Cetera monumenta historica.

187.

IMP. CAESARI. VESPASIANO
AVG. PONTIF. MAX. TR. POT. III
IMP. VIII. COS. III. DESIG. IIII. [1] P. P
. . . . . .
. . . . . .

Grut. 243, 4. Hagenbuch *Mss.* I. p. 159. Schmidt p. 7.

1) A. post Chr. 71.

188.

. . . P . . . AES . . V . . PAS . . . . G
. . . . NT . M . . . . RIB . P . OS . . . I . .
P. P
. . . . . APID. N. DENOL . . . M . . TO . . LAB
. . . TR . . . VENT . . . M . ENIA . . . ST . . .
. . . TIT . . VES . . . AV . . . IL [1] I

Sinner *Voyage dans la Suisse occidentale.* I. p. 167. Haller I. p. 157. — Inventa esse dicitur Aventici a. 1647. et ita suppleta a Wetstenio, Consule Basileensi, viro tunc temporis inter nos clarissimo :

IMP. CAESAR. VESPAS. AVG
LAPIDIBVS NOIDENOLICE MVLTO LABORE
TRACTIS AVENTICI MOENIA INSTAVRATA
TIT. VESPASIANI. FIL. DEDICAVIT

Levade p. 22. sic exhibet :

IMP. CAES. VESP. AVG
PONT. MAX. TRIB. POT. COS

I. DES. II. PP
LAPID. NOIDENOL. MVLT. LAB
TRACT. AVENT. MOEN. RESTAVR
TIT. VESP. AVG. FIL. D

Admodum vereor, ne fraus toti huic reperto subsit. Wetstenium vides praetermisisse notas Trib. Potest. et Consulatus.

1) *TITus VESpasiani AVgusti fILIus.*

189.

. . . . SIAN . . .
. . OL . AV F

Levade ibidem.

190.

NOBILISSIMO CAES
C. GALERIO
MAXIMIA . . .
. . . F . .

Bochat I. p. 556. Haller I. p. 278. Levade p. 32.

191.

POMPEIANO ET AVITO
COSS. KAL. IAN

In pavimento tessellato Aventici reperto. Spon *Misc.* p. 40.

192.

AVITO ET POMPEIANO COSS [1]
KAL IAN [2]

In simili ibidem reperto. Hagenbuch *Mss.* I. p. 203. Wild *Avench.* p. 178.

1) Ex solita reciprocatione nominum consulum aliorumque magistratuum in titulis, qua significabant utrumque dignitate esse parem. In Fastis quidem a. post Chr. 209. Civica Pompeianus praecedit Lollianum Avitum.
2) Alii legunt *AVG.*

193.

PROSTASIVS FECIT

In pavimento tessellato. Hagenbuch *Mss.* I. p. 219.

194.

AGRICOLAE

195.

LACONIS

196.

P. CRISP

In amphoris tribus Aventici repertis. Hagenbuch *Mss.* I. p. 221.

c) Tituli Dis (praeter Aventiam et Genios) dedicati.

197.

FERTILI BACCHO OREO
CN. CORN. COTTA
D. D

In lamina aerea. *Mercure Suisse*, *Octobre* 1745. Hagenbuch I. p. 227. — *OREO* ὀρείῳ, *montano* explicant, quamquam poterat esse etiam ἐπίθετον ἐπιχώριον a vico aliquo vel pago vel denique vineto ductum. Suspectissima mihi etiamnunc est haec inscriptio et propter inauditum illud ἐπίθετον et propter dedicantis familiam nimis vel, si mavis, parum Romanam *CORNELIORVM COTTARVM.* Aurelios Cottas, non Cornelios Cottas, iamdudum ego noveram.

198.

DEAE
VICTORIAE
IVNIVS
PRIMITIVS [1])
EX VOTO

Hagenbuch *Mss.* IV. p. 259. Levade p. 28.

1) Sic marmor pro *PRIMITIVVS*.

199.

DEAE VICTORI
AE [1]) SABIN [2]) MARC
IA

Hagenbuch *Mss.* IV. p. 243. αὐτόπτης. Alibi hanc me legere non memini.

1) Mirum a femina *VICTORIAE* dedicatum esse titulum; nisi forte eius maritus vel filius e proelio servatus erat. 2) *SABINa*, non *SABINia*.

200.

BIVIS
TRIBVIS
QVADRVBIS [1]

Reperta a. 1742. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 225.

1) Cfr. similem Inscriptionem apud Murat. 98, 5., ex qua explicandum *BIVIIS*, *TRIVIIS*, *QVADRIVIIS* sacrum. Utrum Genii fuerint mares, an feminae, sane non liquet; similes utique fuisse videntur Matribus, Matronis, Suleviabus illis Gallicis. — Nuperrime Aventici in pila litteris inauratis repertum est hoc nomen: *LVGOVES*.

d) Fragmenta.

201.

. . . IA . . .
AD . EVM . O . . .
. . . NCIAE. IMPER . .
. . . MITTANTVR . . .
. . . ERIT. AVT. IS. CVI. I . . .
E. IMPERATOR . . . .
. . . . SER . . . . . [1]

Sinner *Catalog. Codd. Mss. Bibl. Bern.* I. Tab. I.

1) Videtur fragmentum rescripti vel edicti Imperatoris alicuius potius, quam diploma militare, sive honestae missionis.

202.

. . . . . .
. . ROEPVLON
. . . VGVST PR. PR
. . . IAN SVPERIOR
. . . VBL PATRONO [1]

Plantinus p. 267. Hagenbuch *Mss.* IV. p. 241.

1) „Supple: . . . *VII VIRO EPVLON. Legato AVGVSTi. PR. PR. GermAN. SVPERIORis PVBLice. PATRONO.*“ Hagenbuch.

203.

VESPASIAN . . .

In turri quadam. Tschudi *Mss.* p. 107. Plantinus p. 261. Hagenbuch *Mss.* I. p. 165.

204.

VESPAS . . .

In alia turri. Hagenbuch *Mss.* I. p. 167.

205.

. . . . . ERVNT [1])
. . . . . TI PRAET

In turri quadam. Tschudi p. 107. Plantin. p. 261. Hagenbuch *Mss.* I. 161.

1) *restituERVNT.*

206.

. . . . BVLARIA
. . . . IB. CO - IAER
. . . . SVERVNT [1])
. . . . FCTI PRAEF

Exscripsit Hagenbuch *Mss.* I. p. 163.

1) *poSVERVNT.*

207.

CAIO LAELIO
. . . . . .
. . . . . .

In turri quadam. Grut. 427, 12. Hagenbuch *Mss.* I. p. 169. Cfr. de hoc et superioribus fragmentis etiam Bochat I. p. 488.

208.

. . . . . .
CAMILL
IVCVND7 [1])
V. S. L. M

